in corpe eo mō, quo ſupius idiget ſuo inferiori: ⁊ h̄ Ari. inquit in p̄dicamētis: ſi deſtruent̄ p̄me ſubē nihil alioꝝ erit. ¶ Sed quō ſit iſtud in 3° de aīa ſiet notū: pro nunc aūt dictū ſit intēn. ḡ vult illam op̄ationē indigere corpe: quē idiget re mālī, vel obiectiue, vł diſpoſitiue, vel tāq̄ cā ſine qua nō. ¶ His viſis appet intellus qōnūz ⁊ ſolutionū: quērit eniz in p̄ma qōne: an oēs actiones ⁊ paſſiones aīē vł̄r inueniantur per cōicationē corporis. i. idigeāt corpore, tanq̄ ſubto: ꝓpter qḋ ſunt ⁊ ꝯſeruant̄: ⁊ cū hec depēdeant a reb⁹ extitib⁹ in corpore. i. ſuſtineant̄ in reb⁹ indiuiduis corporalib⁹: ſicut ſupius ſuſtinet̄ in ſuis indiuiduis. ¶ Cui abſoluit ⁊ inquit ꝙ poſſibile eſt: vt aliqua op̄atio nō indigeat corpe ſubiectiue: tñ idigeat eo velut id ſine quo nō pōt eſſe. Et hoc eſt op̄atio intellus poſſibilis. intelligere eniz noſtrū nō ſubiectat̄ in corpe: attamē indiget reb⁹ corporalib⁹ tanq̄ cā ſine qua nō: ⁊ tāq̄ obiectis. ¶ In ſcḋa aūt quērit an ſit aliq̄ op̄atio: quē neq̄ ſubiectiue: nec obiectiue, ſiue diſpoſitiue indigeat indiuiduis corporalib⁹. ⁊ ſoluit ꝙ ſic: vt op̄atio intellus agētis: hoc eniz op̄atio nō idiget corpe tanq̄ ſubiecto: neq̄ tāq̄ diſpoſitiōe: vel obiecto: vt p̄z: qm̄ eſt per ſuā eſſentiā: vt Auer. inquit 3° hui⁹. Eſt ḡ triplex op̄atio aīē: vna quē indiget corpore, vt ſubto: ⁊ re exiſtēte in corpe, ſicut videre ⁊c̄. quēdā, quē nec corpe eget, vt ſubto: nec re exiſtēte in corpe, vt op̄atio intellus agētis: quēdā quē non eget corpe, vt ſubto: ſed hn̄ re exiſte in corpe: vt op̄atio poſſibilis itellect⁹. Et ſic p̄z ſolo qōnū. ¶ Et iſta ꝑſcrutatio.] Nunc declarat vtilitatē hui⁹ ꝑſcrutationis. ¶ Et debes ſcire, ꝙ hoc qōnes nō ſunt vtiles in aīē diffōne: vt volunt expoſitores grēci: ſed vt Auer. ait, vtiles ſunt circa ſpēs aīē: qm̄ ſciet̄ qualitas abſtractionis. i. modus abſtractionis: quō. ſ. aliqua aīa abſtrahit̄ a corpore: ⁊ quō nō: ergo ſciet̄ analogia aīarū inuicem: ⁊ hec perſcrutatio eſt vtilior appetibilior: ⁊ melior, ⁊ mirabilior. vtilior qdē: qm̄ noſtrū intentū nō terminat̄ ad cognitionē aīē ſm̄ gen⁹: ſed ad ſpēz trāſit p̄ncipaliorem: quē eſt intellectiua aīa. appetibilior vo: qm̄ nihil plus deſideram⁹, q̄ ſcire quātitatem ⁊ qualitatem abſtractionis: inde enim terminatur q̄ſtio de eius imortalitate. melior, qm̄ circa obm̄ optimū, ⁊ mirabilior: cū circa id, cui⁹ eſſe eſt occultū: quare Auer. expoſitio melior eſt illa grēcoꝝ. ¶ Hoc aūt qḋ.] cū mouit qōnes, ⁊ abſoluit illas hoc in loco applicādo ſolones vbis Ari. oñdit, quō op̄ationes aīē indigēt corpore, ⁊ cōparat illas in hoc, penes manifeſtius, ⁊ imanifeſtius. Et vult ꝙ apertiſſime pateat op̄ationes attributas aīē cōcupiſcibili cōpleri per corp⁹, tanq̄ per cām, ⁊ eſſe in corpore tanq̄ in ſubto: hē eniz op̄ationes manifeſte ꝯſtituūtur per corp⁹. i. depēdent in eē: ⁊ in ꝯſeruari a corpore. In ſcḋo gradu manifeſtationis ſunt op̄ationes attribute ſenſitiuē aīē: hoc eiz manifeſtū eſt fieri per corpus: ⁊ eſſe in corpe: ſed nō ita manifeſte. cui⁹ cāz reddit: in p̄mo eniz inſtrō ſenſus. i. ſenſu cōi: non appet paſſio. i. alteratio manifeſta apud ſentire: ſicut appet in alijs. Et forte per p̄mū inſtrm̄ ſenſitū intelligit corꝺi hē op̄ationes inſunt: ⁊ nō per alterationē manifeſtā. In 3° gradu notitiē eſt intelligere qḋ valde latet, an fiat per corp⁹ ⁊ ſit in corpe tanq̄ in ſubto: attñ hoc appet: ꝙ vel eſt imaginari: vel nō ſine imaginatiōe: ⁊ per ꝯñs indiget ſaltem corpore obiectiue, vel diſpoſitiue: tanq̄ cā ſine qua non. ¶ Et dixit hoc.] ponderat vbū Ariſto. dicit eniz Ariſto. in arabica tranſlatiōe [ſed ſi hoc etiā eſt imaginatio: aut nō ſine imaginatiōe] vbi diſiūctiue loq̄r: ⁊ Auer. reddit cām: ⁊ ſermo eius p̄z. [Et hec eſt.] Nūc quaſi correlarie cōcludit opiones Ariſto. de intellu mālī, ⁊ inquit: ⁊ h̄ eſt ſnīa ei⁹ in intellu mālī. i. poſſibili. ſ. ꝙ eſt abſtract⁹ a corpore ſm̄ eſſe: ⁊ ꝙ ipoīe eſt vt intelligat aliqḋ ſine imaginatiōe. i. ⁊ ꝙ corpe indigeat ſm̄ op̄ationē: vt dicet̄ loco eius. ¶ Et nō intēdit.] Remouet expōnē Alex. voluit eniz Alex. ꝙ ſermo copulatiue legat̄ ſic. i. intelligere eſt imaginari: ⁊ nō ſine imaginatiōe. inquit: ⁊ nō intēdit per hoc. i. iſtud verbū, hoc: qḋ appet ex h̄ ſermone ſuperficietenus. ſ. ꝙ itelligere nō ſit niſi cū imaginatiōe: eo ꝙ ſit ipſa imaginatio: ſicut Alex. itelligit ab eo. cui⁹ rōnē reddit. q. tunc eiz intells mālis erit gñabilis, ⁊ corruptibilis. ꝯña p̄z per ſe: qm̄ tūc itells erit virt⁹ imaginatiua: ⁊ inquit. ſ. ſermo ei⁹ eſt intells p ſe. i. p̄z: ſed debes obſeruare hoc qḋ diximus. i. legere ipm̄ diuiſiue: ⁊ nō copulatiue: vt Alex. fecit. ¶ Circa hoc cōmētū ambiges: vī eiz ꝙ itellectiua aīa nō egeat corpe vel aliquo corporali extrinſeco ab ea: qm̄ nulla forma cōpleta in ſpecie, indiget aliq̄ extrinſeco a quo ꝑfectionē accipiat: ⁊ ideo int⁹ non vniē corpori ſm̄ eē: ſ. itells nr̄ eſt int⁹ cōpleta in ſpē: cū ſit vna intelligētiaꝝ: vt dicit ipſe in 3°. eſt eniz iſima itelligentiaꝝ: vt inquit. ¶ Scḋo dubitat̄: nō maioris abſtractionis eſt forma rei q̄z ei⁹ op̄atio, qm̄ op̄tio ſeq̄t̄ formā. ḡ modus operādi ſeq̄t̄ modū eſſendi formaꝝ: ſ. ſm̄ ipm̄ tūc intellus eſt abſtract⁹ ſm̄ eſſe, ſic, ꝙ pro ſui eſſe nullo eget corpe. ḡ ſm̄ op̄ationē dꝫ eſſe ita abſtract⁹: ꝙ nullo indigeat corpe. ¶ Ad p̄mā ſoluit Auer. in lib. deſtructio deſtructionū. ⁊ dicit ꝙ p̄ª intelligētiaꝝ. ſ. de⁹ eſt ꝑfecta in fine: ⁊ q̄to aliq̄ eaꝝ plus ab illa recedit: tāto iperfectior erit: q̄r igit̄ aīa itellectiua iſima eſt: ideo ipfectiſſima exiſtit oīū. vñ ſicut terra eſt iſimū elīoꝝ: pp qḋ ab oībus ꝑficit̄: ſic int⁹ hoīs eſt iſima ab oīb⁹ ſupiorib⁹ ꝑfectibilis. ¶ Ad formā ḡ argumēti dōm: ꝙ q̄r intells eſt ipfectiſſimus oīū: ideo appetit ꝑfici: ⁊ q̄r nō pōt ꝑfici, niſi ꝑ intelligē: ideo appetit itelligē: ⁊ q̄r itelligē nō pōt ſine re corpali ꝑfici: ideo ꝯcurrit res corpalis: tūc ad argm̄ dico ꝙ maior dꝫ itelligi q̄tū ad ꝑfectionē eſſentialē ⁊ q̄tū ad p̄mā ei⁹ op̄ationē. ¶ Ad ſcḋā dōm ꝙ dꝫ itelligi q̄tū ad p̄mā op̄ationē: nō q̄tū ad ſcḋā: eſſentia eniz formē ⁊ op̄atio ei⁹ p̄ma ſunt ſm̄ eūdē modū abſtractionis: ſed de op̄atiōe ſcḋa nō opꝫ. Et ſic p̄z ſolo. ¶ Sed debes ſcire ꝙ tota h̄ opio Auer. eſt falſa ſm̄ nos chriſticolas: ⁊ ꝯ ipſā arguemus in tertia demonſtratiōe deo dante: pro nunc eā induxi in declaratione eius.

Margin notes: Cōmē. 19°. — Dubōnes. — Cōmē. 19°. — Diſputatione 3° in ſol. 18. [illegible]

COMMENTARIVM.

Cum mouit qōnes circa ſubām aīē, nūc mouet qōnē circa accidētia aīē, quē ſunt paſſiones, ſiue op̄atiōes ei⁹, ⁊ dicit, ꝙ paſſiones aīē hñt dubitationē, quē eſt, vtrū oēs ſint cōes aīē, ⁊ hñtis aīā: an ſit aliq̄ ⁊ ipſius aīē ꝓpa, quē nō ſit corpis hñtis aīā. Cur vo mouit qōnē hāc dictus expoſitor aſſignat cāz, vt oſtēdat difficultatē ſciē de aīa: p̄mo. n. oſtēdit difficultatē ex p̄te ſubē: nūc ex p̄te accidētiū. Philoponus aūt ⁊ Themi. cāz aſſignāt, q̄r hec qḋ eſt q̄ſi viaticū ad definitionē aīē. Cū. n. dixit accidētia magnā p̄tē ꝯferre ad cognoſcēdū qḋ qd, ⁊ nō oīa: ſ. quē ſunt nobis manifeſta: ideo quērit an paſſiōes aīē ſint aliq̄ ꝓpriē, an oēs cōes; vt oñdat ēt viā hāc, quē ꝯfert ad cognoſcendū qḋ qd eſt, eē difficilē. Ariſtoteles ḡ, cū mouit qōnē, tāgit ſtatī ei⁹ neceſſitatē, ⁊ eius difficultatē, ⁊ dicit, ꝙ hoc accipere, ⁊ in tali quēſtione veritatem determinare eſt neceſſariū, non autem leue. Declarat aūt Philoponus neceſſitatē, ⁊ qōnis huius difficultatē: neceſſitatē qdē, q̄r ex ſolone huius qōnis hī, q̄lis dꝫ eſſe aīē definitio: qui. n. dixerunt aīā cōparari ad corp⁹, vt artifex comparat̄ ad inſtrm̄, dixerūt ei⁹ op̄ationē eſſe aīē ꝓpriā: corpis vo, vt inſtrumenti: ⁊ ita dixerūt aīā nō definiri per corp⁹. vñ Plato ⁊ Xenocrates volentes aīā intellectiuā hic ꝓpriā op̄a

tionẽ,ad quã nõ eſt neceſſariũ corp⁹,niſi vt inſtrm̃,non quo aĩa recipit opationẽ,ſed quo aĩa recordat̃ in corpe:aĩaz ipſaz defininerũt ſine corpe,dixerũt.n.aĩaz eẽ id qḋ ſeipz mouet.qui ꝟo dixerunt cõparari aĩaz ad corp⁹:mõ quo pfectio cõparat̃ ad pfectibile:dixerũt aĩam nullaz opõnem hr̃e:quã nõ acceperit a corpe:ꝛ hoc mõ voluit ipſaz defiuiri per corp⁹:vt Ariſtoteles fecit. Ex ſolõne ḡ iſti⁹ qõnis habet̃ quo naz mõ aĩe definitio ſit tradenda:ꝛ ita eſt neceſſaria qõ iſta nõ paꝝ.Qḋ ꝟo ſit nõ leuis: Philopon⁹ oſtẽdit,q2 nõ poſſumus ſenſib⁹ diſcernere ſi hę paſſiones ſunt cões,vel ꝓprię,nõ.n.res hęc ſenſibus ſubiacet.

Quid p ope- r actiões pro- prias.

❡ Ex his appet qḋ Philoponus intelligit per opationes ꝓpriã ꝛ qḋ per cões in qõne,cuꝫ Ariſtoteles quęrit vtrũ aliqua opatio ſit ꝓpria,an oĩs ſit cõis aĩe ꝛ habẽtis aĩaz.per ꝓpriã.n.intelligit quã aĩa hꝫ,ꝛ eaz nõ accepit a corpore:mõ quo Plato ꝛ Xenocrates dixerunt animas anteq̃ corpori vniãt̃,eſſe pfectã in ſciẽtijs oĩb⁹ ad quas corp⁹ nõ cõcurrit niſi,vt inſtrm̃:nõ quo aĩa illas acceperit:ſꝫ quo recordet̃ in corpe.Per cões ꝟo,ad quã cõcurrit corp⁹,vt efficiẽs illã opõnẽ:vł ad quã corp⁹ ꝯcurrit,id a quo aĩa accipit operationẽ:vel vt ſubm̃ operatiõis. ꝛ hoc pacto dr̃ cõis ſm̃ Philoponũ. ergo ſenſus qõnis eſt,vtrũ aliqua opatio ſit ꝓpria aĩa,quã hꝫ aĩa,ꝛ nõ accipit illaꝫ a corpe,vel oĩs eſt cõis,q2 vel cõcurrit corpus,vt id a quo accipit aĩa opationẽ,vel vt ꝯſubꝫ opatiõis.

❡ Nota ergo qõne,ꝓte illa [vt aũt] iuniores aſſerunt Ariſtotelez ſoluere qõnez nõ ſimplr̃ ſed dubitãdo vt in collectaneis dicebamus,ꝛ declarat quę operatiões ſint cões,quęue videnť ꝓprię: ꝛ dicit ꝙ pluримaꝝ opationum aĩa nullaꝫ ſine corpe dr̃ pati,imo oẽm taleꝫ vr̃ recipere a corpore,nullam taliuꝫ videtur agere ſine corpore:ſunt tales iraſci,confidere,deſiderare,ꝛ omnino ſentire.Secundo oſtendit quę opatio videť ꝓpa,ꝛ dicit,ꝙ maxie opatio quę aſſimilat̃ ꝓprię paſſioni aĩe,eſt intelligere,naꝫ aĩa vr̃ accepiſſe ipm̃ intelligẽ nõ a corpore:ſꝫ anteq̃ corpori vniret̃,vt dicebat Plato.Uerũ oſtẽdit,ꝙ nec ipm̃ intelligẽ hꝫ ſine corpe,cui⁹ ꝯriũ Plato aſſerebat,qui voluit aĩam ꝑus hr̃e intellectionẽ,q̃ vniretur corpori:ꝛ dicit.Si aũt eſt hoc intelligẽ phãtaſia quędã,aut nõ ſine phãtaſia,cõtingit nec hͦ intelligẽ eẽ ſine corpore:ꝛ ſic aĩa ipſum intelligẽ nõ põt hr̃e anteq̃ corpori vniret̃,vt Plato aſſerebat.❡ Ex his,quę Philoponus dicit in cõmẽtarijs huius loci colligunt̃ duo ſatis vtilia: primũ ꝙ Ariſtoteles per hęc vult hr̃e intellectiuã aĩam non pręhabere ipm̃ intelligẽ.ſ.anteq̃ corpori vniret̃:vt voluit Plato:ſed accipe ipm̃ a corpore.Scdm̃ eſt,ꝙ intellectiua aĩa intellectionẽ rerũ mãliuꝫ atq3 ſenſibilium accipit a corpore:q2 intellectio taliuꝫ fit in aĩa mediantibus phãtaſmatib⁹.intellectionẽ ꝟo reꝝ imãliuꝫ.ſ.ſubſtãtiaꝝ ſeparataꝝ nõ accipit a corpore.

Dubõnes.

❡ Uerũ in his Philoponi excerptis ſunt dubitationes,pma ſi intellectionẽ rerũ ſenſibiliũ aĩa accipit a corpe,vtrũ poſt mortem remaneat taliuꝫ intellectio:an deſinat deſinẽte corpore.Scda ſi intellectionẽ rerũ imãliũ nõ accipit a corpore,a quo accipit,ꝛ vtrũ illaꝫ accipiat dũ eſt in corpe,an ſeparata a corpore.❡ Has qõnes Philoponus non abſoluit:id tñ habemus ex his,quę dicit,ꝙ ipm̃ intelligẽ nõ eſt ꝓpa opatio aĩe,vt Plato dixit,qui voluit ad eaꝫ nõ eſſe corp⁹ neceſſariũ niſi,vt inſtrm̃,quo aĩa vtit̃ ipſo intelligere in corpe,ſiue dũ eſt in corpe.

Cõtra quoſ- dam.

❡ Hinc pꝫ error coꝝ:qui colligũt de mẽte Ariſtotelis hic,aĩaꝫ eſſe mortalem:q2 ſi eſſet imortalis,tunc remanet fruſtra:q2 aĩa nõ poſſet intelligẽ q2 nõ intelligit ſine corpore. Friuola eſt hęc fabella. Ariſtoteles.n.dicit ipm̃ intelligẽ nõ eẽ propriã opationẽ aĩe,eo mõ quo Plato dicebat,vt exponit Philoponus:q2 ipm̃ intelligẽ eſt aut phãtaſia: aut non ſine phãtaſia,ꝛ ita nõ pręerat aĩe anteq̃ vniret̃. ꝓpterea dicit ipm̃ nõ eſſe ſine corpore,hͦ eſt ipm̃ nõ poſſe ineſſe aĩe niſi mediante corpe,vt exponit Philoponus. Ergo nõ habemus niſi ꝙ aĩa nõ deuenit ad ipm̃ intelligẽ ſine corpe,vt voluit Plato.Utruꝫ ꝟo poſt mortẽ itelligat,ꝛ qdeꝫ ſine corpore,Ariſtoteles nõ dicit,ſoluꝫ.n.vult ad ipm̃ intelligẽ aĩaꝫ deuenire mediante corpe.Utrum ꝟo poſtq̃ deuenit,poſſit intelligẽ ſine corpe,ad reꝫ nõ eſt. verũ poſtea digrediemur.Iuxta ergo hanc Philoponi expõnez Ariſtoteles mouet hãc qõnez cõtra Platonez,vel cõtra Platonicos ꝓpter ꝟba Platonis intelligẽtes in Phędone.Quęrit.n.vtruꝫ.ſ.ipſius aĩe intellectiuę ſit aliqua ꝓpa opatio,ꝓpria dico ad hũc ſenſuꝫ ꝙ ſibi ſeparatim inſit in illo ꝑoi:in quo nõduꝫ ad corpus deſcẽdit:vt iſti putabãt,qui aĩas creatas ante corpora ponebãt,an.vꝫ.cũ corp⁹ nõ opet̃,ſed icipiat ſimul cũ corpe operari. Rñdet Ariſtoteles de qbuſdaꝫ opationib⁹ nõ eẽ difficile deſinire,q̃les ſũt opatiões,quę cõpetũt aĩe,vt ſenſitiua eſt,vel vegetatiua:naꝫ iſtę nõ inſunt aĩe in illo ꝑoi:in quo nõduꝫ venit ad corp⁹:ſꝫ ſoluꝫ,vt eſt in corpe:ſed magna dubitatio eſt de ipſo itelligẽ:naꝫ hoc vr̃ aĩe propriũ,ita vt ſibi inſit ſeparatiꝫ. Rñdet ipm̃ intelligẽ non eſſe ſic ꝓpriũ,ꝙ ſibi inſit anteq̃ ad corp⁹ deſcẽdat:q̃ngdẽ intelligẽ,quo nos experimur res mãles itelligẽ,aut phãtaſia eſt,aut nõ ſine phantaſia. Ergo ſibi ineſſe non põt anteq̃ ad corp⁹ deſcẽdat:ꝛ ſic vult ipm̃ itelligẽ,qḋ pmo aĩe ineſſe experimur,nõ ſine phãtaſmate eſſe. Hęc quõ ad textũ,atq3 pro dilucidatiõe coꝝ,quę diximus in collectaneis.

Nõ ꝯ in cõ- mento.

❡ Deinde ad cõmẽtuꝫ,vbi Auerroes vult Ariſtotelez mouẽ qõnez vtilez:ex cui⁹ ſolõne accipit̃ vnum valde vtile,ꝛ ab aĩa multum deſideratũ. Reſoluit autẽ qõnez in duas:quaꝝ p⁹ eſt vtrũ oẽs actiões ꝛ paſſiones aĩe nõ inueniant̃ p cõicationẽ corpis,ꝛ ſunt cũ hͦ actiões,ꝛ paſſiones in rebus exñtib⁹ in corpe. Hęc eſt pma qõ.

Quot modis actiões.

❡ Scda vtrũ in eis iueniat̃ aliq̃ nec hñs cõicationẽ cũ corpore,nec egeat re exñte in corpe. ❡ Debes ſcire ꝙ quadrifariã aĩe actiões,ſiue paſſiones. Intelligi pñt,aut ꝙ ſint in corpe,ꝛ egeant re exñte in corpe,aut ꝙ nec ſint in corpe,nec egeãt re exñte in corpe,aut ꝙ ſint in corpe,ꝛ nõ egeãt re exñte in corpe,aut ꝙ nõ ſint in corpore,ꝛ egeãt re exñte in corpe.Auerroes ſcdꝫ ꝛ vltimũ mẽbrũ per moduꝫ qõnis quęrit,tacet aliã:q2 ex ſolõne hoꝝ pꝫ ſolo illoꝝ. Rñdet ḡ Auerroes ad pmam ꝛ vult ꝙ eſſe põt aliq̃ vel actio vł paſſio aĩe,quę nõ eſt in corpe:quę tñ eget re corporea. Hęc ad pmã. ❡ Ad ſcdaꝫ ẽt rñdẽs dicit ꝙ eẽ põt aliq̃ actio vł paſſio aĩe,quę nec eſt in corpore:nec eget aliquo exñte in corpe.

Quid p egere corpore.

❡ Quare qḋ Auerroes p egere corpe itelligat,ꝛ qḋ per egere re corporea.

Candauẽſ opinio.

❡ Candauẽſis vult Auerroẽ itelligẽ per egere corpore egere determinata pte corpis tanq̃ inſtrõ,ꝛ ſubto,quo expleť opatio:ꝛ in q̃ recipiat̃. Mõ quo viſio eget oculis,ſiue pupilla,ꝛ in qua recipit̃:ꝛ per quaꝫ expleat̃.per egere re exñte in corpe,intelligit egere re corpali,e qua depẽdeat effectiue:quo mõ,vt inqt,intellectio eget phãtaſmate. Intellectio.n.nõ eget corpe.ſ.determinata particula corpis,vt ſubto,ꝛ vt inſtrõ:eget tñ phãtaſmate,qḋ eſt idiuiduũ phãtaſiatũ,ex quo dependet effectiue.operatiões ꝟo ceteraꝝ ptiũ aĩe egẽt ꝛ pte corpis,ꝛ re corpea. Hęc Joãnes in qõnib⁹.

Refutatio expõnis.

❡ Cõtra hãc expõnẽ multifariã obiecim⁹ in collectaneis: p̊ qdẽ,q2 tũc actio ignis.ſ.ipm̃ ignire nõ egẽt corpe,nõ.n.eget deter⁹ pticula corpis,vt organo vł ſubto.2⁰ q2 opatio aĩe nutritiuę nõ egẽt corpe. non enim eget determinata parte corporis. 3⁰ quia tunc motus cęli nõ egeret corpore,nõ eniꝫ eget determinata

ptē corporis. Qḋ ꝟo dixit intellectionē egere re exiſte in corpe,q: phātaſmate e quo depēdet effectiue:falſum dixit,aut.n.agit phantaſma intellectionē virtute ꝓpria: aut virtute intellectꝰ agētis.nō virtute ꝓpria:nullum.n. agens corporeū agit in ſubaꝫ incorporeā virtute ꝓpria. nec virtute intellectꝰ agētis:q: tūc ageret vt illiꝰ inſtrū, hoc aūt falſuꝫ eſt,nō.n.pōt corruptibile eſſe inſtrm virtutis ęternę. ⁋ Melius ergo diximus,ꝛ nūc breuius ꝛ dilucidius dicimus Auerroeꝫ per egere corpore intelligere eſſe corpꝰ neceſſariū,vt ſubm,e quo opatio dependet in eſſe,ꝛ in cōſeruari.hoc.n.mō opationis ptis ſenſitiuę,ꝛ ptis vegetatiuę egent corpore:q: corpꝰ eſt necīuꝫ, vt ꝯſubiectū,e quo opatio depēdet ſaltē ꝑtialr in eſſe,ꝛ in cōſeruari.per egere ꝟo re exiſte in corpore, intelligit egere aliqua re corporea,vt obiecto,eo mō quo viſus in videndo eget pariete:in quo colores viſibiles ſunt. ⁋ Tunc imaginaꝛ Auerroes ꝙ itellectiua aīa ſit ſuba ſeparata,ꝛ ꝙ pōt trifariā ꝯſiderari veluti quelibet ſuba ſeparata,vno mō in illo priori in quo ꝑcedit ſphęrā humanā,vbi.ſ.eſt vna intelligētiaꝝ.vꝫ.infima:ꝛ tūc intelligendo nec eget corpore, vt ſubto:nec, vt obiecto,q: itelligit in hoc ꝑori ſubas ſepatas per eſſentiā,quę itellectio nec eget corpore,vt ſubto : nec re corporea, vt obiecto. Alio mō ꝯſiderari pōt in illo ꝑori in quo itelliḡ ſphęrę humanę vniri,nō tn̄ huic vel illi hoi : ꝛ tunc lꝫ eius itellectio nō egeat corpe, vt ſubto,eget re corporea vt obiecto:eget.n.phātaſmatibꝰ in qbus ſunt vlīa,nō tamē huiꝰ vel illiꝰ hois,ſed hois phantaſiātis. Intellectꝰ.n.vt aīa ſphęrę ſp intelligit lapideꝫ:qui lꝫ nō ſit magis in his ꝙ̄ in illis phātaſmatibꝰ:tn̄ eſt in phātaſmatibꝰ lapidis. Tertio pōt ꝯſiderari, vt vnitus huic,vel illi,ꝛ ſic lꝫ non egeat corpore, vt ſubto,eget corpore vt obiecto.naꝫ intellectꝰ in me eget phātaſmatibꝰ meis pro intellectione reꝝ vl'iuꝫ,quas itelligit,ꝛ intell's in te eget phātaſmatibus tuis. ⁋ Ex qbꝰ pꝫ intell's ſolōis Auerrois, vult.n. aliquā opationeꝫ aīę egere corpe vt ſubto:et re exiſte in corpe.ſ.vt obiecto:vt ſunt opatiōes ptis ſenſitiuę,ꝛ ptis vegetatiuę. Aliquę ſunt,quę nec egent corpore, vt ſubto, nec vt obiecto:vt opatio aīę,qua in illo ꝑori, in quo non itelliḡ ſphęrę vnita,itelligit ſubas ſepatas. Aliquę eſt aīę opatio,quę vt ſubto qdē nō eget, vt obiecto ꝟo eget, vt ipm̄ itelligē:nulla tn̄ eſt opatio:quę eget re corporea, vt obiecto:nō aūt corpe vt ſubto. Hec pro ſolōne Auer.

⁋ In collectaneis ꝫ pōneꝫ Auer.fecimus duas dubitationes pulchras,ꝑma eſt qūo intell's eſt cōpletꝰ in ſpē,ꝛ eget pro ſui opōne corpe,vel re corpea. ⁋ Scḋa qūo ē abſtractꝰ,ꝛ opatio eget ſalteꝫ corporea re. Et lꝫ in collectaneis rn̄debamus:tn̄ pro opīone Auer.(lꝫ falſa) dilucidius dici pōt,aīaꝫ eē cōpletā in ſpē,ꝛ quo ad eiꝰ ꝑmā opationē nō egere corpe,nec re corpea. eſt.n.ꝑma opatio intelligē ſubas ſeparatas.quas itelligit per eſſentiaꝫ illaꝝ in illo priori,in quo nō intelligiḡ ſphęrę humanę vnita:quo.n.ad hāc opationē corpe nō eget,quēadmodum nulla itellectiua pro hac ipſa pꝰ opatiōe eget cęlo. Quo ꝟo ad ſcḋaꝫ opationē,quę eſt intelligē res mālēs, eget corpe,ſicut quelibet intelligētia pro ſcḋa eius opatione,quę eſt mouere cęluꝫ,eget cęlo. ⁋ Ad ſcḋam ꝟo ſimilr diceret Auerroes intellectū eē abſtractū,q: ꝑma eius opatio nec eget corpore,nec re corporea. Cum h̄ tn̄ ſtat eius ſcḋam opationē egere corpore vel re corporea ſaltē vt obiecto. Hec pro opinione Auer. verum cōtra hanc opinionem pro veritate dicemus in ſequētibus.

⁋ Si igiꝛ operationū animae vel affectuū aliqs ꝓprius ſit ipſius : fieri pōt vt ipſa anima ſeparetur. Sin ꝟo nullus ſit eius ꝓprius:nō ſeparabilis eſt,ſꝫ eſt de ipſa perinde atqꝫ de recto:cui multa qdēꝫ vt rectum eſt cōpetūt, veluti puncto pilaꝫ eneā tangere,non tamē ipſuꝫ vnqꝫ ſeparatū tanget:eſt eniꝫ inſeparabile.qppe cū:ſemꝑ aliquo cū corpe ſit.

⁋ Siquideꝫ igitur eſt aliqḋ animę operum, aut paſſionū ꝓpriū,cōtingit vtiqꝫ ipſaꝫ ſeparari. Si ꝟo nulluꝫ eſt ꝓpriū ipſius,nō vtiqꝫ erit ſeparabilis. Sed ſicut recto[a] inquātum rectum eſt, multa accidunt,vt tāgere ęneam ſphęraꝫ ſm punctū.[b] Non tamē [c] hanc [d] ſeparatum rectum. Inſeparabile eniꝫ eſt, ſiqdeꝫ ſemꝑ cum corpore quodam eſt.

a Rectum eſt cretum rectitudinis.

b ὀυμέντοι τε ἅψεται τούτου χωρισθὲν τὸ εὐθύ.

Nō qdē tanget hoc ſeparatū rectū.

c Hāc.ſ.ab B.

d Separatū rectū rectitudo:quę eſt abſtractū recti.

⁋ Apud grecos expoſitores:aīꝫ Ariſto mouit.q.ꝛ abſoluit eaꝫ h̄ in loco vtilitatem ponit.q.ꝛ ſolōis The.vult Ariſto.mouiſſe.q.hoc ꝟo in loco eaꝫ abſoluere ſub problematis figura. Inquit Ariſto.[Si qd igiꝛ aīę operuꝫ, aut paſſionū ꝓpriuꝫ,cōtingit vtiqꝫ ipſaꝫ ſeparari. ſi ꝟo nulluꝫ eſt ꝓpriū,nō erit vtiqꝫ ſeparabilis] ſm Themi. ꝛ alios quoſdaꝫ Ariſto.ſyllm tangit hypotheticū arguēs per cōuerſionē per cōtrapoſitionē:ex deſtructiōe añtis ad deſtructionē ꝯñtis:ꝛ tunc verbū Ariſto.ſic intelliḡ: ſi qd operū,aut paſſionū eſt ꝓpriū animę,ꝯtingit vtiqꝫ ipſaꝫ.ſ.animā ſeparari:id eniꝫ adiectiuum [ipſaꝫ] apud gręcos animā refert : ꝛ in tranſlatiōe Biſantij inuenitur [fieri pōt vt ipſa anima ſepareꝛ.] tūc deſtruit añs,ꝛ ponit oppoſitū ꝯñtis:ꝛ inquit.ſi ꝟo nulluꝫ eſt ꝓpriū opus animę:nō erit vtiqꝫ ipſa anima ſepabilis,imo caduca:ꝛ corruptibilis : ꝛ reddit Themi.rōnē aliter vbi aīa ſeparetur a corpore ſine opatione,erit ocioſa,ꝛ fruſtra: qm̄ nō poterit habere aliqḋ opus. ⁋ Sed ſicut recto.] Qḋ dixit exemplo teſtaꝛ, vt Philoponus ait.attamē debes ſcire ꝙ rectuꝫ pōt capi pro ipſo ꝑticipato.vꝫ. pro rectitudine ipſa,ꝛ pro ipſo ꝑticipante, vt pro habēte rectitudinem.vꝫ.corpus: vult ergo oſtendere exēplo ꝙ ſi actio inſeparabilis exiſtat,neceſſe eſt ꝛ ſubſtātiā animę eē inſeparabileꝫ.inquit ergo:ſed ſicut recto inquātuꝫ rectū.i. inquātuꝫ eſt in mā multa accidunt:quoꝝ vnū eſt:vt tangere ęneaꝫ ſphęrā ſm punctū:nō tamē rectū ſeparatum ab h̄.i.a corpore.i.rectitudo ipſa:tangit ęneaꝫ ſphęrā in puncto:ſic ſuo mō ſimili erit de aīa.ſ.ꝙ ſi duꝫ eſt in corpore intelligit ſenſibilia:qm̄ ſeparata erit non intelliget: vnde per ꝓportionale animę ſumit ipſaꝫ rectitudinem. Proportionale animę prout eſt in corpore.i.hoie ſumit rectuꝫ.ꝓportionabile eis quę ꝑcipit anima ſumit ęneaꝫ ſphęraꝫ.ergo vult dicere ꝙ quēadmoduꝫ rectum ſenſibile tangit ęneaꝫ ſphęrā:ꝛ rectitudo ſeparata nō tangit illaꝫ:ſic aīa in corpore.i.homo itelligit ſenſibilia:ipſa ſeparata non intelliget illa. ⁋ Inſeparabile] Reddit rationeꝫ:quare rectitudo ipſa nō pōt tangere ęneaꝫ ſphęram:ꝛ inquit eniꝫ pro qm̄.ſ.rectitudo eſt qd inſeparabile:ſiquideꝫ,pro cum,ſemꝑ cum quodaꝫ corpore eſt.i.ſic ergo tangere nō pōt cū ſeparatim accipieꝛ: dixit [multa accidunt recto inquātuꝫ rectuꝫ] qm̄ accidit recto in mā tāgere ęneam ſphęrā:habere oīa puncta poſita:terminare corpus nāle ꝛ multa ſimilia h̄ eſt huius loci expoſitio ſm gręcos expoſitores.

Cum demonſtrauit. Hoc in loco Auer. aliter textum inducit:qm̄ Ariſto. mouit.q.ꝛ ſoluit ꝛ ꝓbauit ſol. inductione ꝛ ſyllogiſmo:vt viſuꝫ eſt.h̄ in loco probat illaꝫ ex parte ipſius anime:intēdit ergo oſtendere ſm Auer. ex parte animę,ꝙ nulla eſt ꝓpria operatio animę ſeparatꝫ ei cōueniens ſine cōcurſu corporis. ⁋ Et tu debes ſcire:ꝙ

ratio Ariſto.ſic ordinat: ſi eſt aliqḋ opus ꝓpriū anime, cõtingit ꝙ ipſa operatio ſit ſeparabilis: ſeparatim aie cõpetẽs ſine corpe tunc ab oppoſito añtis:ſʒ nullū eſt opꝰ ꝓpriū niſi aie.ergo oppoſitū ↄ̃ñtis ſequit̃:nullū erit cõpetens ei ſeparatim ſine cõcurſu corporis.ꝓbat Ari.id oppoſitū añtis per exẽpluʒ:qm̃ ſicut ꝓpriū eſt recto in mã exñti tangẽ ęneã ſpherã:⁊ nõ recto ſepato:ſic erit de aia dũ erit in corpe:hẽbit opꝰ ꝓpriū.ſ.qꝛ ɋcipiet ſenſibilia:⁊ qñ erit ſeparata nõ hẽbit ꝓpriū opꝰ:⁊ ſic pʒ oppoſitū añtis:hᷓ ergo ꝓbatio ꝓbat,ꝙ nulla operatio cõpetit aie ſine ↄcurſu corporis:⁊ ſic hᷓ ↄfirmatio ſol.datę. Auer.ꝗ̃ pmo ponit textꝰ intẽtionẽ,⁊ ingreſſū demõſtrauit ꝙ querendum eſt prius verū aliq̃ actio,aut paſſio aie ſit ex̃ corpꝰ.⁊ ſi fuerit verum eſt cū eo:qḋ eſt extra corpꝰ,⁊ ex̃ oẽ exñs in corpe:incepit demõſtrare hic ſi fuerit aliq̃ paſſio aie ꝓpria.i.ſine corpe,poſſibile eſt vt ſit abſtracta,ita ꝙ illa paſſio,aut actio nõ ſit in rebꝰ exñtibꝰ in corpe,⁊ ſi nõ habuerit actionẽ aliquã ꝓpriã,impoſſe eſt,vt ſit abſtracta:cū actio eiꝰ ſit in rebꝰ exñtibꝰ in corpe:⁊ hoc ſup.vult facere:vt ↄfirmet ſolonẽ.datã:vt induxi.❡ Deinde applicat ſniaʒ ꝟbis ⁊ ſmo eiꝰ pʒ. ❡ Ex his appet diũa expoſitionis Auer.⁊ The.⁊ grecoꝝ:qm̃ illi lyꝫ ipſaʒ ꝫin aiam retulerũt.Auer.aũt lyꝫ ipſaʒ ꝫin operationẽ:⁊ ſic veniunt diuerſę ſnię.❡ Et eſt manifeſtū.ꝫ Auer.ſoluit q.ↄ̃ Ariſto, quã mouent expoſitores:qm̃ Ari.vtit̃ ↄuerſione p ↄ̃poſitionẽ.mõ dictū eſt 2° topicoꝝ.q: illa nõ dʒ fieri niſi ab

Teplo. 12°. oppoſito ↄ̃ñtis ad oppoᵐ añtis. Ariſt.aũt arguit ecõtra ab oppoſito añtis ad oppᵐ ↄ̃ñtis:vt viſuʒ eſt. ❡ Auer. ſoluit q.⁊ ponit duas reglas:pma ſi eſt aliqua hypothetica ↄdinõalis:cuiꝰ añs eſt vna ꝓpoſitio de ineſſe,⁊ ↄ̃ñs vna modalis de mõ ↄtingẽti,vł poſſe:tũc licʒ arguere ab oppoſito añtis ad oppoſituʒ ↄ̃ñtis,vt ſi hoc viſibile eſt animal,poſſibile eſt vt ſit homo: ſed hoc viſibile nõ eſt aial.ꝗ̃ nõ poſſe eſt vt ſit hõ.Adhuc ſi dion nauigat,cõtingit bñ nauigare:ꝗ̃ ſi nõ nauigat nõ ↄtingit ipm bñ nauigare.❡ Scḋa regła eſt ꝙ ſi fuerit vna hypothetica cõditionalis:cuiꝰ añs ſit de ineſſe:⁊ ↄ̃ñs neceſſio ineſſe,vł de neceſſio:tũc nõ opꝫimo tunc cõmittit̃ fallacia ↄ̃ñtis:vt dictū eſt in logica:ingt ergo:⁊ eſt manifeſtū:ſic dicit The. ꝙ ꝓpõnes hypothetice ↄtinuatiuę.i.ↄditionales:in qbꝰ eſt ↄ̃ñs poſſe eẽ cū añte,neceſſe eſt vt ſemp deſtruamus añs,⁊ cõcludamus oppoſitū ↄ̃ñtis:⁊ hᷓ eſt pma regula. ❡ Deinde ponit ſcḋam.d.ecõtrario diſpõni ꝓpõnum: quaꝝ ↄ̃ñs ſeqt̃ añs neceſſio:⁊ tũc ad formã rñdet argᵘ.d. ⁊ ideo nulluʒ impoſſe cõtingit Ari. inquãtuʒ deſtruit añs. v.ꝗ̃.ꝙ ſi hoc viſibile eſt aial ↄtingit eẽ hoiem: ergo ſi nõ eſt aial nõ ↄtingit eſſe hoiem. Ari.ꝗ̃ arguit per pmã regulaʒ:⁊ ſic nõ peccauit in logica. ❡ Poſt Auer. ꝓbat añs oppoſitū per exẽpluʒ datū de recto:⁊ qꝛ ipm expoſui in lr̃a:ideo ſermo eiꝰ relinquet̃ tanq̃ manifeſtus. ❡ Sed

Dubõnes. circa ſolonẽ Themiſtij actici inſiſtunt plibꝰ inſtantijs: quaꝝ quaſdaʒ moderni latini aduerſus Themiſtiū ferunt:pma qdẽ acticoꝝ inſtãtia in Themiſtiū eſt.ſi Socrates,perẽdus aial:⁊ ipſuʒ hoiem ↄtingit eẽ:ſʒ ipſe aial nõ eſt:ꝗ̃ ipm nõ ↄtingit hoiem eẽ:pfecto hic modus arguẽdi nullus.❡ Adhuc monſtrato fetu leonis ⁊ arguas. Si hoc hõ ⁊ aial ↄtingit eſſe:ſʒ hõ nõ hoc:ꝗ̃ ⁊ aial nõ cõtingit eẽ:hic eniʒ arguendi modus:vt pꝫ.❡ Moderni noſtri arguũt:⁊ querunt in iſto ſyllo:ſi hᷓ viſibile,hõ ⁊c̃. vel ↄ̃ñs ſeqt̃ de neceſſio vel ↄtingẽter,ſi neceſſio.ꝗ̃ licʒ argui ab oppoᵗᵒ ↄ̃ñtis ↄ̃ ſcḋaʒ reglaʒ. Si ↄtingẽter ſeqt̃:ꝗ̃ ſtat oppoſitum ↄ̃ñtis ſemꝑ cū añte:⁊ ſic cõtrapoſita nulla. ❡ Rurſuʒ vł ibi arguit̃ ab iferiori ad ſup.vł ad ſup.ad inferius. ſi pmo mõ nõ dʒ deſtrui añs: ſi ſcḋo mõ tunc pma ↄ̃ña nulla erit:hęc ſunt argᵗᵃ ↄ̃ Themiſtiū.❡ Ideo

actici aiũt dicũt Ari.hoc in loco nõ arguere hypothetice, per cõuerſionẽ per ↄ̃poſitionẽ:ſed ipm duas ponere regulas ad inueſtigationẽ īmortalitatis aie deſeruientes.pᵃ eſt:ſi operatio aliqua eſt ꝓpa aie ipſaʒ aiaʒ ↄtingit eẽ ſeparati.❡ Scḋa regula illi ipertinẽs:ſi nulla operatio ẽ aie ꝓpa,aia nõ eſt ſepabilis:⁊ has duas regulas ꝓbat Philoponus hic longa cõmẽtatiõe vtẽs.quas vide,⁊ ex hoc amouet̃ qḋ ↄ̃ Ariſto.qm̃ Ari.nõ arguit: ſʒ narrat regulas,⁊ eas vno exẽplo exponit,vt viſuʒ eſt. ❡ Sed adhuc expoſitores greci in has regulas inſtãt pmo ↄ̃ pmã: arguũt eniʒ ſic:ſi aliqua operatio ꝓpa oculo cõtingit oculū ſeparari:ſed hᷓ falſuʒ eſt,qm̃ ponã añs:⁊ tñ nõ ſeqt̃ poſitio ↄ̃ñtis.❡ Adhuc ↄ̃ ſcḋaʒ inſtant. Si nautę actio non põt ſeparari a naui: nec nauta põt ſeparari ab ea. mõ nec hᷓ valet:qm̃ nauta põt ſeparari a naui:⁊ nõ tñ operatio eius põt ſeparari a naui: ⁊ ſic volunt hẽ regulas nullas eſſe. ❡ Põt teneri vterqʒ modus.ſ.Themiſtij ⁊ acticoꝝ: ideo pro defenſione Themiſtij debes ſcire ꝙ tribꝰ modis licet arguẽ,per ↄuerſionẽ,per ↄ̃poſitionẽ,ab oppoſito añtis ad oppᵐ ↄ̃ñtis.vno mõ in relatiuis:vt ſi pr̃ eſt: ergo filiꝰ:ſʒ pater nõ eſt:ꝗ̃ nec filiꝰ. ❡ Scḋo mõ in conuertibilibꝰ:vt Ari.ait in poſterioribus.⁊ Auer.7° phyſi. Cõmẽto .6°.
vt ſi ſor.hõ ſor.riſibilis:ſed ſor.nõ hõ.ꝗ̃ ſor.nõ riſibilis. ❡ Tertio mõ:vt Themiſtius ait qñ añs eſt de ineſſe,⁊ ↄ̃ñs cathegorica de ↄtingenti,vel poſſibili:⁊ dʒ limitari cõditionibꝰ:pma ꝙ pdicatū añtis,⁊ ↄ̃ñtis non ſint eqlia ſub vno gñe:ideo nõ ſeqt̃:ſi leo eſt hõ,cõtingit hoiem eẽ hoiem:ſʒ leo nõ eſt hõ.ꝗ̃ nõ cõtingit hoiem eſſe hominẽ. ❡ Scḋa neqʒ in terminis arguit̃ diſtractiuis:pp pmaʒ inſtantiã acticoꝝ. ❡ Tertia neqʒ pdicatuʒ antecedẽtis ſit inferius ad predicatuʒ ↄſequẽtis:ꝓpter ſecundaʒ inſtantiam acticoꝝ:⁊ ſic prime inſtantię nihil ſunt ❡ Ad ſcḋas alias noſtroꝝ latinoꝝ dicenduʒ. Ad primã Auer. regulaʒ ſcḋaʒ itelligẽ: vbi ↄ̃ñs ſequit̃ neceſſio abſolute ad añs:vt ſor.hõ,ſor.aial.ꝗ̃ ſi nõ aial non hõ. ❡ Ad ſcḋam dõm ꝙ nec ſic:nec ſic:qm̃ illa regula eſt vlis in abſolutis,nõ in mixtis:vt in cõmẽto meo pmi prioꝝ ſat expoſui.❡ Ad inſtantias ↄ̃ acticos dõm:vt Philoponus ait: ꝓpriū eſt duplex.vnoꝰ parti qñ indiget ad hᷓ,vt exiſtat. ſcḋo mõ qñ indiget altero pro ſui exiſtẽtia. mõ in ꝓpoſito,ꝓpriū pedis eſt incedere:tñ pro ſui exiſtẽtia idiget toto.exẽpluʒ ſcḋi:vt oxymel dulce:ꝓpriuʒ mellis dulcedo:nõ per exñtiaʒ totiꝰ:ideo põt ⁊ ſeparatim cõpetere melli:⁊ hoc mõ ſcḋo Ari.ait ipſaʒ operationẽ ꝓpriaʒ eſſe aie.pmo mõ ꝟbo oculo ꝓpriū videre. ❡ Ad ſcḋaʒ dõm ꝙ nauta põt accipi:vt hõ:⁊ vt nauta,ſcḋo mõ nõ hʒ opꝰ ꝓpriū,ideo nõ cõpetit ſibi ſeparatiʒ pmo mõ hʒ:ideo põt ⁊ ſeparatim ineſſe:vt Damonius ait:⁊ tu applica in ꝓpoſito:ait eniʒ Ariſt. ꝫ ſi aliqua operatio eſt ꝓpria ꝫ ⁊ nõ dixit ſi oẽs ſunt ꝓprię:qm̃ ad hoc,vt ſeparata ſit ſufficit aliquã hẽe ꝓpriã:vt hõ nauta reſpectu nauis.❡ Adhuc actici mouent alterã qõnẽ:dicunt eniʒ:cur naʒ cū dixit. Si igit̃ eſt aliqḋ opus ꝓpriū,cõtingit vtiqʒ ipſam ſeparari:oportebat eniʒ dicere,ꝙ neceſſe eſt ipſaʒ ſeparari. ❡ Ad hoc ſol.greci dant duas.pma ẽ: qm̃ poſito ꝙ aia habeat opus ꝓpriũ,nõ opʒ vt ſemp ſit ſeparata:qm̃ dũ eſt in corpe:nõ eſt ſeparata:ſʒ ↄtingit ipſaʒ eſſe aliqñ ſine corpore:⁊ ſic appoſuit ꝫ contingit.ꝫ ❡ Preterea obycit alius expoſitor:ſi ſemper eſt in corpore: vt Pythagoras ponit:⁊ multi alij: vt Auer.⁊ tamẽ nunq̃ corrumpitur: tunc eniʒ ipſam non licet aliquãdo ſeparari. ❡ Poteſt dici:vt Philoponus ait:hoc ſaltem nunc aie non eſſe repugnas: poteſt enim ipſa ſcḋm ſe ſeparata exiſtere:⁊ ſi ſemper in corpore aliquo maneat. ❡ Sʒ hoc verbuʒ veritati opponere videtur:quoniã ſi ſic animal

hoī cõtingeret:qm̄ ſm ſe nõ repugnat aīali in hoīe non eſſe. ❡ Aliter ergo põt ſolui:vt ipſe aūt q̄ Ariſt.hic [cõtingit] accipit pro neceſſario:vt dī in perihermenias:dicimus enī cõtingit ſolem ad arietẽ peruenire:q̄uis neceſſario perueniet.Et ſic pꝫ ſolutio q̄õnis.

COMMENTARIVM.

pᵃ expõ. Themiſtius vult totum textū p̄cedentẽ fuiſſe q̄õnez,in hoc ꝟo Ariſtotelem ſoluere.Dicit.n.q̄obrẽ ſtatim qõ hęc dicadi,ꝛ definiri põt hoc gñic.ecce quo mõ vult q̄õnez,quę mota eſt in p̄cedẽti textu,hic ſolui.Qz ſi ita eſt,patet ex p̄xīmo textu nihil certi eſſe ſumẽduꝫ,vt nõnulli ſumpſerunt:q̄cq̄d.n.dixit (ſm Themiſtiuꝫ)fuit dictū ſub forma q̄õnis,nõ determinationis. Quo ꝟo mõ hęc oīo intelligat̃:dicemus. Illud ꝟo nũc nobis ſatis ſit,accipe ex p̄cedenti textu nihil firmi de mente Ariſto. ❡ Scdm̄ ꝟo cęteros gręcos
2ᵃ expoſitores,cuꝫ Ariſtoteles mouit q̄õnez,ꝛ dixit illam eſſe neceſſariā,ꝛ difficilez:cuꝫ oſtẽdit eius difficultatez, hic oſtẽdit illius q̄õnis vtilitatẽ. Utilitas aũt hęc eſt,q̄ q̄lis fuerit opatio:talis erit eſſentia,nam ſi opatio fuerit p̄pria aię,aīa erit ſeparabilis. Si non fuerit p̄pria aię, ſed cõis aię ꝛ corpori,aīa nõ erit ſeparabilis. ❡ Dici etiā
3ᵃ põt,q̄ cū Ariſtoteles mouit q̄õnez de opationibꝰ,ꝛ ſoluit,nũc ex his,quę in ſolõne dixit,infert p̄ modū correlarij duas ꝯditionales:huiꝰ expõnis ſignū eſt ꝟbū igit̃, qõ eſt illationis nota. ꝙ̃ intuit̃ Ariſtotelez ex dictis nunc aliq̄d inferre. Uñ dicit,ſiq̄dez igit̃ eſt aliq̄õ aię operuꝫ aut paſſionū,quę ſit p̄pria aię ſic p̄pria (vt dictū eſt) q̄ eaꝫ hẽat aīa aliũde,q̄ꝫ a corpore:vt Plato dicebat,contingit ipſam aīaꝫ ſeparari a corpe.ſ.vt exponit Themi. remanere ſeparatā corpe reſoluto:imo ꝯtingit eā redire ad priſtinā diſpõnez:in qua erat anteq̄ꝫ corpori vniret̃. Scdaꝫ hypotheticā ponit dicẽs,ſi naũt nulluꝫ opus eſt p̄priū ipſius,ſic q̄ ſeparatim tale opus aię ineſſe poſſit ſine corpore:ipſa nõ erit vtiq̄ꝫ ſepabilis penitꝰ:hoc mõ legit Themiſtius.Clarius legerẽ iuxta expõnez p̄imā textꝰ,ſiq̄dez igit̃ eſt aliqua paſſionū aut aliq̄õ opeꝝ aię p̄priū,vt Plato dicebat,qõ nõ acciperet a corpe:verū erit qõ Plato dixit.ſ.q̄ aīaꝫ cõtingit ſeparari.ſ.mõ quo Plato dixit ante corpora.i.ſeparatā eſſe anteq̄ꝫ corpori vniret̃. Si naũt nulluꝫ opus aię ſit p̄priū,qn aut dependeat a corpe,aut accipiat a corpe,aīa ipſa non vtiq̄ꝫ erit ſepabilis,h̄ eſt ſeparatiꝫ exñs an̄ corpus:niſi p̄us fuiſſet ocioſa. ❡ Sed dices ex his ꝯditionalibꝰ nihil habemꝰ de opationibꝰ aię,ꝙ̃ quęrimꝰ q̄lis eſt aię opatio? Rñdet exẽplo ſumpto a recto,qõ cõcretiue ſumptū,hoc eſt vt rectū tãgit ſphęrā in aliq̄ ſigno. Abſtractiue ꝟo ſumptū h̄ eſt vt rectitudo,nõ tangit ſphęrā:niſi ſm imaginationem:ita aīa,vt aīa intelligit itellectiõe ꝯcretiua:quę ſibi p̄mo a phãtaſmate vī ineſſe. Tali aũt intellectiõe ꝯcretiua ipſa,vt abſtracta,atq̄ꝫ vt intellꝰ nõ itelligit,ſed intelligit itellectiõe abſtracta a phãtaſmate. Ergo ſicut aliq̄ opatio eſt recta,vt cõcretū,quę nõ eſt recti vt rectitudo atq̄ꝫ vt abſtractū:ſic aliqua itellectio eſt aię,vt aīa eſt.ſ. in corpe,quę nõ eſt aię,vt abſtracta,ꝛ ſepata a corpore. aię.n.vt eſt aīa in corpe p̄p̄a opatio eſt intelligere cõcretiuū.ſ.per depẽdentiaꝫ ꝛ cõcretionẽ phãtaſmatū.aię ꝟo vt ſeparata eſt,p̄p̄a opatio nõ erit ip̄m intellig̃ concretiuū phãtaſmatū,ſed erit ip̄m intellig̃ abſtractū a phãtaſmatibꝰ. Eſt.n.ipſius aię duplex itellig̃ phãtaſticuꝫ,qõ eſt circũcernẽs phãtaſmata,vel a phantaſmatibꝰ dependẽs. Alterū eſt intellig̃ abſtractiuū,qõ nõ circũcernit phãtaſma,pᵐ eſt p̄p̄a opatio aię,vt ꝯcreta corpi eſt. 2ᵐ eſt p̄p̄a aię opatio,vt abſtracta a corpe eſt.Uñ dicit, ſed ſicut recto in cõcreto ſumpto.ſ.vt rectuꝫ multa accidunt,quoꝝ vnū eſt,vt tang̃ ęneaꝫ ſphęrā ſm punctuꝫ, hoc eſt ſm certū ſignū:nõ tñ tãgit hãc ęneam ſphęrā,vt eſt ſeparatū rectū.i.vt accipit̃ pro rectitudine in abſtracto:cuiꝰ cãꝫ ingt,q̄ſ ſupple ip̄m tang̃ ęneaꝫ ſphęrā inſeparabile eſt,tactꝰ.n.eſt corpoꝝ exñtū in mã:ſiq̄dez,vt ingt,tang̃ ęneā ſphęrā ſemp̄ cū q̄daꝫ corpe eſt,ſupple ſic aię,vt eſt cõcreta corpori aliq̄ opatio cõpetit.ſ. phãtaſticū intellig̃,qõ nõ ſibi cõpetit,vt abſtracta a corpe, ſꝫ ineſt ſibi itellig̃ abſtractū a phãtaſmatibꝰ. ❡ Ex his pꝫ q̄ꝫ pperā ex h̄ loco iuniores ſumpſerunt aīaꝫ nõ remanere poſt mortẽ. hoc.n.inferũt,q̄ſ Ariſtoteles vī dicere aīaꝫ nulluꝫ hẽe opus p̄priū:ꝛ ſic nõ poterit eẽ ſeparata. Inferũt ẽt,q̄ſ Ariſtoteles dicit recto cõpetere opationẽ,nõ rectitudinez. ❡ Sed hęc friuola ſũt,p̄mū q̄dẽ q̄ſ Ariſtoteles hypothetice log̃,ex quo nihil cathegorici inferẽduꝫ eſt:ſcdõ,q̄ſ dato q̄ Ariſtoteles loqueret̃ cathegorice,nõ dicit,aīaꝫ nõ ſeparari poſſe,ſꝫ dicit eā nõ eẽ ſeparatā,vt Plato dicebat,qui eā poſuit eẽ ſeparatā an̄ corpora. h̄.qõ ſcdõ loco dicebant,eſt puerile,imo ex illo colligit̃ oppoſitū.Ariſtoteles.n.nihil aliud vult hic, niſi q̄ ſicut recto in cõcreto aliq̄d cõpetit,qõ nõ cõpetit recto in abſtracto:ita aię cõcretę corpori cõpetit aliq̄d, qõ nõ cõpetit ei:vt eſt abſtracta:naꝫ ei,vt corpori cõcretę cõpetit intellig̃ phãtaſticū,qõ ſibi nõ cõpetit,vt eſt abſtracta. Immo ſi bñ hęc ꝯſiderent̃:inuenit totū oppoſituꝫ,in ꝯditionibꝰ.n.nihil certi habes,ꝛ ſi q̄d habes,illud eſt ꝯ eos. In cõparatiõe ꝟo hī totū oppoſitū,ſoluꝫ enīꝫ vult id qõ aię cõpetit cõcretę nõ cõpetere ꝛ abſtractę.

❡ Sed ꝯtra hęc dubitabis p̄mo quo mõ aīa abſtracta a corpe itelligit. ❡ Scdõ cur aīa cõcreta corpori itelligit intellectiõe cõcreta phãtaſmatibꝰ:abſtracta ꝟo itelligit intellectiõe abſtracta a phãtaſmatibꝰ. ❡ Tertio q̄d magis de itellectiõe aię poſt mortẽ ꝯuenit dictis Ariſto.vel ſaltẽ his,quę ſequũt̃ ab Ariſtotelis dictis.Et lꝫ hęc magis ptineãt ad librū 3ᵐ,tñ q̄ſ iuniores,quęcũq̄ꝫ dicũt de imortalitate,acceperũt ab his duobꝰ locis,ideo oportet imorari in hoc. ❡ Ad p̄mā ꝙ̃ q̄õnem rñdet doctiſſimus Simpliciꝰ in poſtpredicamẽtis,ꝛ imaginat̃ aīam pati aliq̄d ab extremo motore:qõ Ariſtoteles ex eo q̄ talis extremus motor,eſt ſingulare exñs in vĩtute phãtaſtica: phantaſma appellat. Illud ꝟo qõ a phãtaſmate patit̃, Themiſtius noeſem appellat,aliq̄ñ noema.i.notionez. Ariſtoteles ꝟo nũc appellat illud ſpeciem,nũc formā, nũc notionẽ. Eſt aũt quędā ſilitudo facta in itellectu ab ipſo ſingulari exñte in virtute phãtaſtica:quę ipſi itellectui rep̄ñtat obiectuꝫ vlr̃. Imaginat̃.n.Simpliciꝰ q̄ ſicut viſus a colore exñte in pariete recipit ſpẽꝫ coloris,mediante qua colorẽ videt,ſic intellꝰ ab ipſo ſingulari exiſtente in vĩtute phãtaſtica recipit ſpẽꝫ,quę rep̄ñtat illud ſingulare vlr̃. Uñ ꝟo hẽat q̄ hęc ſpẽs exñs in itellu repreſentet vlr̃,illa in viſu p̄ticulariter 3ᵒ huius patebit. His ſtãtibꝰ dicit,q̄ aīa poſtq̄ꝫ accepit ſpẽs quę rep̄ñtat ſingularia vlr̃ ab ipſis phãtaſmatibꝰ:redditur actuata, veluti lignum poſtq̄ꝫ accepit caliditatẽ reddit̃ actu calidū,ſic ꝟo affecta ac actuata elicit ſuū itellig̃ ꝛ idicat p̄ talẽ ſpẽꝫ:ꝙ̃ aīa poſtq̄ꝫ recepit ſpẽs a phãtaſmatibꝰ,p̄t illis mediãtibꝰ deduci ad actū intelliꝺ oīa,q̄ illę ſpẽs rep̄ñtãt. Qua rõne ſit vt phãtaſma nõ ſit neceſſariũ niſi pro gñõne p̄moꝝ actuū.ſ.pro gñõne taliū ſpẽꝝ:quę ſunt veluti formę aię.nõ aũt pro gñõne ſcdõꝝ actuū quę ſũt ipſę intellectiões. Aīa ꝙ̃ abſtracta a corpe intelligit ea vlr̃ier,quę intelligebat,cū erat corpori cõcreta,ſꝫ alio mõ:q̄ſ cum erat corpori cõcreta:intelligebat vlr̃ia in phãtaſmatibꝰ exñtia,quo mõ viſus ſentit colores in pariete. cū ꝟo eſt abſtracta:itelligit vlr̃ia,q̄ ſũt in ſinglaribꝰ eẽ phãtaſticꝫ

Contra iuniores.

Rectitudinis,

Dubitationes pulchre,

Solo p[illegible] q̄õnis,

conſtitutis, mediantib⁹ ſpēb⁹: quas recepit a ſingularib⁹ exñtib⁹ in phãtaſtica. Hec de p̃ᵃ dubitatione. ❡ Ad zᵐ nos dixim⁹ aiaʒ cõcretã corpori intelligere per eaſdeʒ ſpēs, per quas intelliget a corpore ſeparata, ⁊ eadem intelligibilia: verũ alio mõ corpori ꝟo vnita itelligit vlia, quę ſunt in phãtaſmatib⁹, vt colores in pariete. Separata ꝟo intelligit vlia nõ exiſtẽtia in phãtaſmatib⁹: ſed exiſtẽtia in ſingularib⁹ extra aiaʒ penitus cõſtitutis. Cã ꝟo eſt, qꝛ aia corpori cõcreta oibus virtutib⁹ ſenſitiuis cõnectit, ꝑpterea intelligere nõ põt, qn intelligat vle in ſingulari phantaſiato: ⁊ ita nõ ſine phantaſmate. At pro itelligere aię actuatę, vt anima actuata eſt, nõ eſt phantaſma necñium, qa (vt Simplicius ſapide dixit) anima actuata a ſpēb⁹, quas accepit a ſingularib⁹ phãtaſiatis, põt deduci ad intellionẽ eorũdẽ vliũʒ ſine phãtaſmate: ergo phantaſma eſt neceſſariũ per accidẽs ad itellectionem, qꝛ nõ ad intellectionẽ ſimplr, ſed ad intellectionẽ cõcretiuã, qð eſt aię vt eſt corpori ꝯcreta, nõ aũt per ſe, qa nõ ad intelligere ſimplr, qð eſt aię ſimplr. ❡ Ad 3ᵐ qd cõuenit fundamẽtis Ariſtotelis nõ eſt mihi leue dicere: ſicut ipſemet dixit: tñ dici põt, ꝙ duplex eſt cognitio: ſicut duplices ſũt res, quę cognoſci pñt. Mãles qdẽ: quę qdeʒ ſimplr ⁊ ſm rem in mã ſunt, lʒ ſm rõnes vlr ac imãlr itelligibilia ſint, hęc ſunt vlia mãlia. Sunt res etiã intelligibiles imãles, vt diuinę ſubſtãtię. Mãles ğ res aia nõ intelligit, niſi in phantaſmatib⁹ (vt dictũ eſt) hoc eſt in ſingularib⁹ phãtaſiabilib⁹: ⁊ phãtaſmata ipſa in organis corporeis, vt colores in pariete. At immãles duplr intelligĩ põt: vno mõ per eſſentiã illoꝝ intuitiue. Alio mõ apprehẽſione rerũ mãliũʒ. Tunc dicereʒ aiaʒ corpori cõcretaʒ intelligere res mãles, ⁊ imãles. mãles qdeʒ intelligit vi vnionis per ſpēs a phãtaſmatib⁹ acquiſitas. Immãles ꝟo apprehẽſione reꝝ mãliũʒ, ⁊ ſic illas apprehẽdit in reb⁹ mãlib⁹. Cũʒ. n. aia ſit res ſimpliciter imãlis, ⁊ duʒ eſt in corpore, ſit mãlis: ſic mãles res itelligit, ⁊ imãles in ipſis imãlib⁹. Poſt mortẽ ꝟo vi ſeparationis imãles apprehẽdit, ⁊ in ipſis imãlib⁹ apprehẽſis apprehẽdit mãlia. Põt ergo dici ꝙ aia poſt morteʒ apprehẽdit mãlia ⁊ imãlia: imãlia qdẽ p eſſentiã illoꝝ, mãlia ꝟo apprehenſione mãliũʒ. Hoc aũt hʒ vi ſeparationis, naʒ eo ipſo, ꝙ ſeparaĩ, vi illius ſeparatiõis ꝑ ablatiõẽ ois mãlitatis, quę erat ei ipedimẽto, imãlia intuitiue apprehendit, ⁊ apprehẽſione eoꝝ apprehendit oia mãlia: ſicut de⁹ apprehẽſione ſuę eſſentię apprehendit

Tex. cõ. 66. oia. Cõſonat aũt hoc ei, qð dicit in hoc p̃mo: ⁊ in 3° hui⁹.

Tex. cõ. 10. vbi ſupponens intellectũ remanere, quęrit vtrũ reminiſcaĩ eoꝝ: quę in vita nouit, ⁊ rñdet ꝙ non: qꝛ intelligere corrũpiĩ ipſo ſenſu corrupto. Quare dicereʒ corrumpi ſpēs, ⁊ ſcias, ⁊ oia quę accepit a phãtaſmatib⁹, nõ aũt remanet ocioſa: qꝛ vi ſeparationis intelligit intuitiue imã-

Pulchra dubitatio. lia: apprehenſione quoꝝ itelligit mãlia. ❡ Sed dices, ſi nihil reportãt eoꝝ quę aię didicerũt in vita: ğ fruſtra corporib⁹ vnirentur. Ꝑ. tũc fuiſſent corporibus violenter vnitę. Rñdeo negãdo ꝯñtiaʒ, qꝛ nõ fuerũt vnitę, vt reportarent cognitionẽ reꝝ mãliũʒ illo mõ acqſitã: ſed certo tpe illo mõ cognoſcẽdi res mãles alę potirentur. Ꝑ. nego illas fuiſſe violenter vnitas oino, qꝛ ſm qd fuerunt nãliter vnitę. ſʒ pro ꝑpetuo bene cõcedo illas violenter vniri. Uerũ lʒ pro opione Ariſtotelis hęc dicerẽtur, pro veritate dicemus in 3° huius quęcunqʒ acqſiuit aia in vita: quę nõ egẽt corporea ꝯſeruatiõe, remanere, naʒ ipſa aia ſufficiẽter illa põt ꝯſeruare: tales ſunt habitus itellectuales, ſcię, ⁊ id genus: quare hęc remanebũt. ❡ Ex his textus põt alr exponi, vt dicamus, ꝙ poſtq̃ Ariſtoteles p̃mo textu mouit q̃õneʒ, ⁊ ſoluit vt hẽret cõtra Platonẽ aiaʒ nõ poſſe corpori ſeparatã. In parte iſta infert duas hypotheticas, vt oſtẽdat aiaʒ ſeparari a pte poſt ab ipſo corpore. Primã qdeʒ igiĩ infert, cũ inquit, ſiqdeʒ igiĩ eſt aliqð aię operũ: aut paſſionũ ꝑpria, cõtingit vtiqʒ ipſaʒ ſeparari: ⁊ itelligit per opus ꝑpriũ, vel paſſionẽ ꝑpriã, quę aię ineſt, vt ſubiecto, ⁊ nõ corpori, ⁊ quę per hoc qð aię ineſt, e corpore nõ depẽdet: vbi eiʒ opus tale ſit ꝑpriũ aię inerit, taleʒ aiaʒ ꝯtingit ſeparari. Ponit ſcðaʒ cũ inquit, ſi aũt nullũʒ: eſt ipſi⁹ aię ꝑpriũ, qn. ſ. corp⁹ cõcurrat, vt ſubiectũ: vel qn dependeat a corpore, non vtiqʒ erit aia ſeparabilis a pte poſt, ſed ex his hypotheticis nihil habeĩ, niſi in altera eaꝝ ponaĩ antecedẽs. Ideo ponit añs in vtraqʒ, ſed alia atqʒ alia rõne ſumẽdo aiaʒ, ⁊ dicit, ꝙ aię corpori cõcretę nullũʒ opus eſt ꝑpriũ, qn ad illud cõcurrat corp⁹, quẽadmodũʒ nec recto aliqð opus eſt ꝑpriũ, qn ad ipm cõcurrat mã. aię ꝟo e corpore abſtractę opus ꝑpriũ eſt vt ipſum intelligere, qð corp⁹ nõ cõcernit: qꝛ nec phãtaſma, nec rem in corpe. naʒ aia ſeperata vi ſepationis itelligit, quę nõ intelligit depẽdentia ad phãtaſma: intelligit. n. imãlia per eſſentiã imãliũʒ: ⁊ mãlia ipſa apprehẽſionẽ imãliũʒ (vt dictũ eſt.) ğ ex h̃ textu habeĩ aiaʒ a pte poſt eſſe ſeparabileʒ. Unũ dicit, ſed ſicut recto in cõcreto inquãtũʒ rectũ circũcernit mãʒ, multa accidunt, quę nõ accidũt rectitudini abſtractę a mã: quoꝝ vnũ eſt tangere ęneam pilaʒ ſm punctũ: quã tñ nõ tangit, vt eſt ſeparatũ ſiue abſtractũʒ rectũ, qꝛ ipm ęneaʒ ſphęrã tangere eſt a mã inſeparabile, ſiqdeʒ ipm tangere ęneam ſphęrã ſemꝑ cũ qdaʒ corpore eſt, ſic ſupple aię cõcretę nullũ opus eſt ꝑpriũ, qn cõcernat corp⁹: aię ꝟo abſtractę eſt ꝑpriũʒ op⁹ nullũʒ cõcernẽs corp⁹, ergo cõtingit aiaʒ ſeparari: qꝛ poteſt ipſi cõpetere aliqð opus, nullũʒ corp⁹ circũcernẽs. Ecce quo modo iuniores textũ hunc perperã intelligentes in

anıles fabulas detruſi ſunt. ❡ Quo ꝟo ad ꝟba attinet, Conſideratio ꝟboꝝ.

tranſlatio vetus, quę dicit, nõ tñ tangit ab hoc ſeparatũ rectũ, lʒ poſſit ſtare, tñ clarius ſtat ſi dicat, non tñ tangit hoc. i. hãc pilaʒ ęneaʒ ſeparatũ rectũ: decipiĩ aũt trãſlator, qꝛ in gręco ꝟbũ illð legiĩ in genitiuo: ſʒ nõ aiaduertit, qꝛ ꝟbuʒ tangit, regit in gręco genitiuũ, apud ꝟo nos accuſatiuũ. Hactenus de his, quę erãt necẽia pro text⁹ dilucidatiõe. ❡ Quãtũʒ ad ea, quę in cõmẽto dicebam⁹,

De his quę in cõmẽto. Expoſitio Auer. Debes ſcire ꝙ Auerroes arbitraĩ Ariſtoteleʒ ꝓbare ſolutionẽ datã. Quęſiuit. n. vtrũ eſſet aliqua opatio ꝑpria aię, ⁊ rñdit ꝙ nulla qꝛ ſi qua eſſet: maxie eſſet intelligẽ, mõ itelligere nõ eſt. ğ nulla. vult ergo Auerroes vt nũc ꝓbet ſcða rõne ſolonẽ datã. eſt aũt rõ Ari. vt Auerroes arbitraĩ. Hęc, ſi aliqð opus eſt ꝑpriũ aię, ꝯtigit ipſaʒ. ſ. opationẽ ſeparari. i. ſeparatim aię cõpetere, ſed nullum opus eſt ꝑpriũ ergo nulla opatio eſt ſeparabilis, hoc eſt ſeparatim aię cõpetẽs. Qꝫ ꝟo nullũʒ opus ſit ꝑpriũ, ꝓbat Ariſto. ſm Auer. exẽplo recti, cui nulla opatio ꝑpria cõpetit. ❡ Et lʒ in collectaneis huic expõni fauebam: tñ nũc vr̃ mihi in hac expõne eſſe tot errata, quot

Refutatio expõnis.

ꝟba. Primũ. n. erratũ eſt vbi arbitraĩ hũc textũ eẽ ꝓbatiuũ, hoc. n. ꝟbis Ariſtotelis nõ cõuenit, in illis eiʒ nihil ponĩ, quo indiceĩ ꝓbatiuũ eſſe hũc textũ: imo ponitur nota illationis, qua potius inuiĩ textũ hũc eſſe illatiuũ. p̃ᵐ erratũ.

❡ Scðm erratũ eſt, qꝛ Auerroes arbitraĩ Ariſtoteleʒ 2ᵐ velle ꝓbare opationẽ eſſe ſeparabileʒ, qð eſt ꝯtra ꝟba: naʒ verbũ [ipſaʒ] nõ ad opationẽ vel paſſionem retulit Ariſtoteles, ſed ad animaʒ, qꝛ opus vel opatio gręce eſt ἔργον, ergon, paſſio ꝟo gręce eſt πάθημα pathema, ⁊ vtrũqʒ eſt neutri gñis. At verbũ [ipſam] in gręco eſt fęminini gñis: ergo nõ niſi ad aiaʒ referendũʒ eſt, vt gręci retulerunt. ❡ Tertiũ erratũ eſt, quia vr̃ in ratione hac 3ᵐ

vt illum

(vt illã cõponit Auerroes,) eſſe petitionẽ principij.i. dicere
eſt eſſe ꝓpriã opationẽ. ꝛ ſeparatim ipam aiẽ cõpetere.
4m ¶ 4m erratũ eſt, qꝛ Ariſtoteles nõ querebat: ſi eſt opatio ſepa-
rabilis, ſꝫ ſi eſt opatio ꝓpria, g͂ nõ opꝫ eum ꝓbare nullã eẽ
opationẽ ſeparabilẽ: ſed nullã eẽ ꝓpriã: qꝛ ſic eſt ad ꝓpo-
ſitũ qõnis. Lꝫ.n. ipſe per Auerroem ſoluit qõnẽ ad ptẽ
negatiuã, ꝛ ꝓbauit nullã eẽ opationẽ ꝓpriã: ſi hic ꝓbat il-
lud idem 2a rõne, dꝫ ꝓbare eãdẽ ſolutionẽ. ſ. ꝙ nulla eſt
5m opatio ꝓpria: ꝛ nõ ꝙ nulla ſit ſeparabilis. ¶ 5m erratũ eſt,
qꝛ arbitraẽ Ariſtotelẽ hic argumẽtari ab oppoſito añtis, qḋ
textui non ꝯſonat, qꝛ cum deſtruiẽ añs, vel ꝯñs alicuius
cõditionalis, nõ deſtruiẽ ꝯditionalr, ſed cathegorice, mo-
do Ariſtoteles, cum poſuit pmã ꝯditionalẽ, ſtatim ponit alterã
cõditionalem: que lꝫ ſit facta ex oppoſito añtis: ꝛ oppo-
ſito ꝯñtis prioris cõditionalis: tñ nõ poniẽ cathegorice,
quo modo poniẽ deſtructio añtis: vel ꝯñtis: ſꝫ hypothe-
tice, dicit enim. ſi vo nullũ eſt ꝓpriũ opus: non vtiqꝫ erit
ſeparabilis, modo hec eſt vna hypothetica, que cum ni-
hil ponat in eſſe, nõ videẽ deſtructiua nec conſtructiua.
Cauſa ¶ Cauſa vo erroris Auer. fuit Themiſtius, qui para-
phraſtice textũ exponẽdo, argumẽtatus eſt ab oppoſito
añtis, verũ Themiſtius pace ſua in hac expõne obdor-
Queſtio miuit, cum ceteri greci penit⁹ ab eo differãt. ¶ Querũt
hic verũ ex oppoſito añtis liceat argm facere ad oppoſitũ
ꝯñtis. Hec queſtio eſt diſputata in collectaneis, propter
auctem Themiſtij, ꝛ Auerrois. Verũ (vt ex dictis pꝫ)
hec queſtio eſt ex ꝓpoſito: cum Ariſtoteles hoc pacto
nõ ſyllogiẓet. Sed qꝛ trãſiuit in vſum: ideo queratur de
Rñ Them. ꝛ Auer. ipa. ¶ Rñdet Themiſti⁹, ꝛ Auerroes poſt ipm, ꝙ liceat
ſyllogiẓari ab oppoſito añtis, quãdo ꝯñs accipiẽ ſub for-
ma ꝯtingẽtis vel poſſibilis, qꝛ hñ ſyllogiẓaẽ, ſi dion na-
uigat, cõtingit dionem bene nauigari. Ergo ſi non naui-
gat, non contingit dionẽ bñ nauigare. Auerroes autẽ po-
nit hoc exẽpluꝫ, ſi hoc viſibile eſt aial, ꝯtingit eſſe homi-
nẽ, ergo ſi hoc viſibile nõ ſit aial, nõ ꝯtingit eſſe hoiem.
Ad ꝓpoſitũ Ariſtoteles ſyllogiẓat eodẽ modo. ¶ Cõtra
vo hec fuit inſtãtie, pma ſi ſocrates gñandus eſt aial, cõ-
tingit ſocratẽ eſſe hoiem. modo nõ ſequiẽ, ſed ſocrates
gñandus nõ eſt aial, ergo ſocratẽ gñandum nõ cõtingit
eſſe hoiem. ¶ Scda ſi h̄ eſt hõ, demõſtrato fetu in vte-
ro leonis, ꝯtingit hoc eſſe aial: modo nõ valet, ſed h̄ non
Arg̃ iuniorũ. eſt hõ, ergo nõ ꝯtingit eſſe aial. ¶ Iuniores vo argumẽ-
tanẽ ꝯtra exẽplum Auerrois, nam in illo ſyllo ſi hoc vi-
ſibile eſt aial, ꝯtingit eſſe hominẽ, vel ꝯñs ſequiẽ neceſſa-
rio, vel ꝯtingẽter. ſi neceõ, tunc ex oppoſito ꝯñtis infertur
oppoſitũ añtis, ꝛ nõ ex oppoſito añtis inferẽ oppoſitũ
ꝯñtis. Si autẽ ꝯſequẽs ſequiẽ ꝯtingẽter, tunc oppoſitum
ꝯſequẽtis nõ repugnat añti: ꝛ ſic conſequẽtia fuit nulla.
¶ P. vel in illo exẽplo arguiẽ ab inferiori ad ſuũ ſupe-
rius, vel a ſupiori ad ſuũ inferius. Si arguiẽ ab inferio-
ri ad ſuũ ſupius: tunc nõ licet ſyllogiẓari ex oppoſito an-
tecedẽtis oppoſitũ ꝯſequẽtis. Si autẽ ſyllogiẓaẽ a ſupe-
Arg̃ i collec. riori ad inferius: tunc ꝯñtia nulla erit. ¶ Diximus in col-
lectaneis ab oppoſito añtis ſyllogiẓari poſſe oppoſitũ
ꝯſequẽs, primo in relatiuis cum ſyllogiẓamus de ſcdo
adiacẽte, vt ſi pater eſt, fili⁹ eſt, ſed pater non eſt, ergo fi-
lius nõ eſt. Scdo in ꝯuertibilibus, vt ſi ſocrates eſt riſi-
bilis, ſocrates eſt hõ. Sed ſocrates nõ eſt riſibilis, ergo
ſocrates nõ eſt hõ. Tertio quãdo añs eſt de ineſſe, ꝛ cõ-
ſequẽs eſt ꝓpoſitio ꝯtingẽs. Verũ nõ ſemꝑ: naꝫ quãdo
pdicata añtis ꝛ ꝯſequẽtis ſunt equalia, nõ valet, nõ enĩ
ſequiẽ, ſi hõ eſt leo, ꝯtingit hoiem eſſe riſibilẽ: ſed hõ nõ
eſt leo, ergo nõ ꝯtingit hoiem eſſe riſibilẽ. nec valet, quã-
do termini ſunt diſtracti. nõ enim valet ſi ſocrates ge-
nerãdus eſſet aial, ſocratẽ gñandũ ꝯtingit eſſe hominẽ,
ſed nõ eſt aial, ergo non cõtingit eſſe hominẽ. nec valet,
cum argm fit ab inferiori ad ſupius: nõ enim ſequiẽ, ſi hoc
demõſtrato leone eſt hõ, cõtingit hoc eẽ aial, ſed hoc nõ
eſt hõ, ergo hoc nõ cõtingit eẽ aial. ergo valet in oibus,
preterꝙ in talibus. Per hec patet ad obiõnes cõtra regu-
lã. ¶ Ad obiectiones vo cõtra exẽpluꝫ dico ſm hãc ex-
poſitionẽ ꝙ cõſequẽs ſequiẽ neceõ ad añs, ꝛ tñ licet ſyl-
logiẓari ab oppoſito ꝯſequẽtis, ꝛ ab oppoſito añtis. va-
let enim ſi dion nauigat contingit bene nauigare, ergo ſi
dionẽ nõ cõtingit bñ nauigare, nõ nauigat. Qr vo liceat
ſyllogiẓari ab oppoſito añcedẽtis, patuit. ¶ Ad 2m dico
ꝙ ſyllogiẓaẽ a ſupiori ad inferius, ꝛ quãdo dr̃ ꝙ non va-
let, verũ eſt in ꝓpõnibus de ineſſe, ſed valet qñ añs eſt
de ineſſe, ꝛ ꝯſequẽs ꝯtingẽs: vt dictum eſt. Alia multa in
collectaneis diximus: que clara ſunt. ¶ Fortaſſe aliter Alia expõ
põt dici, ꝛ qdem ad mentẽ Themiſtij. Themiſtius enĩ
vult tunc ab oppoſito añtis licere ſyllogiẓari, cum añs eſt
de ineſſe, ꝛ ꝯſequẽs cõtingẽs, ſumẽdo cõtingẽs, vt diſtin-
guitur cõtra neceũm ꝛ cõtra ineſſe: vt in exemplo ſuo, ſi
dion nauigat, cõtingit dionẽ bene nauigare, ergo ſi non
nauigat, nõ cõtingit bñ nauigare. Hoc modo hãc regulã
intelligẽdo, ſoluuntur obiectiones, ſi enĩ ſocrates gñan-
dus eſt aial, ſocrates gñandus eſt homo neceõ: quia ſi ſo-
crates gñandus eſt aial, ſocrates eſt, ſi ſocrates eſt, ſocra-
tes neceõ eſt homo. Silr ſcda deleẽ, qꝛ ſi leo eſt hõ, ne-
ceſſario eſt aial, ꝛ ſic nõ ſunt cõtra regulã. Exẽplũ Auer-
rois forte eſt falſum, ſi enim hoc viſibile eſt aial, neceſſa-
rio eſt hõ. qa vel demõſtras indiuiduũ hoĩs per viſibi-
le, vel indiuiduũ bruti. ſi hoĩs, valet hoc viſibile eſt aial,
ergo eſt hõ, qꝛ ſi eſt aial, hoc viſibile eſt, ꝛ ſi hoc viſibile
eſt, hoc viſibile eſt hõ. Obiectiones tñ nulle ſunt, vt di-
coğſcit:qm̄ ſūt īfinitę:ꝛ nihil ex īfinitis ɔſtat. Propterea alaꝫ eſſe pncipia rerū nãliuꝫ arbitrati ſunt:naꝫ dum cognoſcit pncipia:etiã quę ex illis ſūt cognoſcet. Addit, alij qdeꝫ faciētes hęc pncipia plura:alij ỽo hoc pnm facientes vnū. ꝛ vnus ſenſus eſt ꝙ tã qui plura pncipia:ꝗ̃ qui vnū pnm faciūt:hoc dixerunt. Alius ſenſus eſt, vt in nr̃is trãſlationibꝰ apparet:nam qui plura pnª faciūt:hęc ipſa ſupple alaꝫ eſſe dicit:qui ỽo vnū pnm oĩuꝫ rerū faciunt: hoc ipſuꝫ ſupple aiaꝫ eſſe cenſent. Verbuꝫ.n. ⌊aiaꝫ eſſe cenſet⌋ ſuppletū eſt ſenſu gręco. ❡ Tranſlationibꝰ autem Auerrois nullatenus fidē adhibeas. ſic.n. iacēt ⌊qdã igiť eoꝝ ponebãt iſta pnª plura vno. Quidaꝫ aūt ponebant vnaꝫ.⌋ Ubi Auerroes laborat in exponēdo aſſerēs eſſe cōe oĩbus ponere aiaꝫ pro nũo pncipioꝝ:naꝫ qui plura facit pnª:plures aias facit euſdeꝫ aialis:ꝛ qui vnū:vnaꝫ efficit eiuſdeꝫ aialis animaꝫ. Inquit Auer. huius regulę in pma pte textus tetigiſſe antecedēs. vꝫ. cuꝫ ait qdã plura pncipia vno dixerũt, ꝛ reliquit ɔſequēs. vꝫ. ꝙ plures ſint vniꝰ aialis aię. In ſcḋa pte textꝰ poſuit ɔſequēs. vꝫ. cuꝫ ait, qdaꝫ alij vnaꝫ aiaꝫ faciunt:ꝛ tacuit añs, qm̄ non dixit hos feciſſe plura pnª. Hęc Auerroes, ꝛ male:qꝛ nec textꝰ ſic iacet, nec verū eſt qḋ dicit: nemo eniꝫ dicit aias eſſe pro numero principioꝝ: vt videbiť.

Aug. Auer. cōmē. 25ª.

Error Auer.

❡ Empedocles.n. ex elm̄tis qdē vniuerſis ipſaꝫ ɔſtare cenſet:tñ ꝛ vnūqḋqꝫ iſtoꝝ aiaꝫ eē putat. Dicit.n. Terram nam terra limpha cognoſcimus vndam: Aetheraqꝫ aethere: ſane ignis dignoſcitur igne. Sic ꝛ amore amor:ac triſti diſcordia lite.

Tex. 25. ❡ Sicut Empedocles qdeꝫ ex ęlemētis oĩbus: ꝛ vnūqḋqꝫ eoꝝ eſſe:animã, ita dicens. Terra qdeꝫ.n. terrã cognoſcimus:aqua aūt aquaꝫ. Aethere aūt ęthera diuū. Sed igne igneꝫ manifeſtuꝫ eſt. Concordia aūt cōcordiaꝫ:diſcordiã aūt diſcordia triſti.

COMMENTARIUM.

❡ Dixit eos qui via cognitionis pceſſerunt ad definitionem aię, voluerunt pncipia eſſe aiaꝫ, ꝛ ea rōne, qua pncipia poſuerunt, ea rōne illa eſſe aiaꝫ dixerunt, nam qui plura poſuerūt, hęc plura voluerūt eē aiaꝫ. qui ỽo vnū hoc vnum aiaꝫ effecerūt. At nūc oſtēdit ita eſſe, ꝛ narrat opionē Empedoclis ita dicētis: ꝛ inquit ſicut Empedocles qdeꝫ ex ęlntis oibꝰ aiaꝫ ſupple cōſtituit. ꝛ vnūqḋqꝫ eoꝝ eſſe aiam ſupple eſt opinatus. ❡ Sed occurres ꝗ vna aia eſt ſex aię. naꝫ ex his ſex cōſtituit vnam aiam: ꝛ vnūqḋqꝫ hoꝝ vult eē aiaꝫ: ergo vnã aiaꝫ facit ſex aias. ❡ Innuit Simplicius ſol. ita. d. ſed ꝛ qḋlibꝫ pnm cognoſcitiuū exiſtēs ſilis:cognoſcitiuū.n. cuiuſqꝫ aiaꝫ eē: q̄ſi dicat ꝙ aia eſt ex ſex pncipijs vna aia aialis: ſed vnūqḋqꝫ illoꝝ eſt aia:quatenus per ipſaꝫ cognoſcimus vnūqḋqꝫ illoꝝ:nō ꝙ ala ſit vnūqḋqꝫ illoꝝ ſeorſuꝫ:ſꝫ eſt vnūqḋqꝫ illoꝝ quatenus eſt oia illa ſimul. Deinde narrat carmē Empedoclis ita ad verbū trãſlatū. Terra qdeꝫ.n. terrã cognoſcimus/ſupple quatenus aia eſt terra. Aqua autē nos cognoſcimus aquã:quatenus aia eſt aqua. Aethere hoc eſt aere cognoſcimus diuū ęthera:quatenus ala eſt aer. Sed igne ignē manifeſtuꝫ eſt ſupple nos cognoſcē, quatenus ala eſt ignis. Concordia aūt manifeſtū eſt nos cōcordiã cognoſcere:qꝛ ala eſt cōcordia. Diſcordiaꝫ aūt manifeſtuꝫ eſt triſti diſcordia cognoſcē:qꝛ ala eſt diſcordia:quare cū ala ſit oia hęc:ꝛ ex oibus his:hęc cognoſcimus, ꝗ̃ ſūt oĩuꝫ reꝝ nãliū pnª:ꝛ ɔſeꝗ̃nter cogſcimus res nãles:ꝗ̃ naſcunť de his pncipijs. Et ſic pꝫ opio Empedoclis:ꝛ quo mō qui ponit plura pnª:illa eē aiaꝫ arbitreť.

Dubitatio.

Sol. Simplicij.

❡ Quo ỽo ad verba attinet:verbū ⌊diuū⌋ qḋ gręce eſt δίων: ꝛ vbum ⌊triſti:⌋ qḋ gręce eſt λυγρῷ: Addita ſunt aut metrice pro carminis cōplemēto:aut vt epicteta:nã aeris epicteton eſt diuum apud antiquos:ꝛ diſcordię eſt triſte. eſt enim aer diuus: ꝛ diſcordia eſt triſtis. Hęc de opinione Empedoclis.

Verbo. ſup. dema. [illegible]

❡ Eodeꝫ ꝛ Plato modo:aiaꝫ in Tymaeo ex elemētis cōſtare cenſet. Simili nãqꝫ/eius quoqꝫ ſnia cognoſciť ſimile: ꝛ res ipſae ex principijs ſunt.

❡ Eodem autēꝫ modo ꝛ Plato in Tymęo aiam ex ęlementis facit. Cognoſci.n. ſimile ſimili. Res aūt ex principijs eſſe. Tex. 26.

COMMENTARIUM.

❡ Nunc narrat opionē Platonis de aia:qui etiã via cognitionis eius definitionē nactus eſt. Dic.n. voluit aiam ex ęlntis:quę ſunt rerū pnª cōſtare. Mouebať aūt Plato cōi phoꝝ ɔſenſu. vꝫ. ꝙ ſile ſimili cognoſcit:cum igiť ala cognoſcat pncipia rerū:opꝫ illis ipſaꝫ cōſtare. Tum vt ipſa rerū pncipia cogſcat. Tum ꝗ̃ vt res ipſas, quaꝝ illa ſunt pnª, per illa met pncipia cognita dcpꝛehēdat:nã cuꝫ res:ſint infinitę:niſi pncipijs finitis cognoſcãť:illas cognoſcere nō pōt:ꝛ hoc inquit eodem aūt mō ꝛ Plato in Tymęo aiaꝫ ex ęlntis facit: cognoſci.n. ſupple ait ſile ſimile, quo argumēto ipſaꝫ ex pncipijs ſiue rerum ęlntis cōſtare aſſerit:vt illa reꝝ pncipia cognoſcit. Res aūt ēē dicit ex pncipijs eſſe ſupple illis:qbꝰ aia cōſtat: nam ſic cognitis illis pncipijs, qbus illa cōſtat:moꝝ oēs res:quę de illis principijs naſcunť, cognoſcenť.

❡ Sed plurima hic declarãda omittūt:quoꝝ primū eſt: quę ſint hęc ęlnta, ſiue pncipia:e qbus aia ipſa cōſtat:vt cognoſcat reꝝ pncipia, ꝛ ipſas res:quę de illis emergūt. Digreſſio.

❡ Dicenduꝫ, vt Themiſtius inuit, ꝛ Simplicꝰ: hęc ſiue ęlnta, ſiue pncipia eſſe duo: quoꝝ alterū dī indiuiſibile, ſiue imãle, ſiue incorporeū. Alterū aūt dī diuiſibile, ſiue corporeū. Aut ſub alijs verbis, alterū pncipioꝝ dicitur apud Platonē in Tymęo ideꝫ. Alterū ỽo dī diuerſum. Ex his.n. duobꝰ ſiue ęlntis, ſiue pncipijs ɔſtat aia rōnalis:quaſi media hoꝝ. ❡ Ulterius quęres quo mō hęc ſunt oĩuꝫ rerū ęlnta, vel pncipia: Rñdeť, vt Simplicꝰ inuit, alterū eoꝝ ſenſibileꝫ nãm:alterū intelligibileꝫ deſignare. naꝫ identitate ſiue indiuiſibilitate cōſtat tota nã intelligibilis. diuerſitate ỽo ɔſtat tota natura ſenſibilis.

Aug. Them. ꝛ Simpli.

2ª dubitaº.

Aug. Simp. ꝛ Them.

❡ Hoc Themiſtius egregie exponit:naꝫ mens, quę eſt intelligibilis nã:imãlis eſt indiuidua:ac ſemꝑ eadē, nullatenuſqꝫ diuerſa. Quare tota itelligibilis nã ɔſtat idētitate: ſenſibilis ꝙ cōſtet diuerſitate: facile exponit The. qꝛ pmę qualitates humor. vꝫ. ꝛ ſiccitas, ꝛ id genus circa corpora qdeꝫ diuidũę nō videnť:ſed circa mãꝫ. Potentia ỽo nãlis diuidua eſt circa corpora:naꝫ hęc nō vtitur nuda mã:ſꝫ ęlntis, ꝛ corpore. ſenſualis pars diuidua eſt, ſimilr ꝛ iraſcibilis:naꝫ circa corpora diuiduę videntur: vtunť.n. corporibꝰ. ꝛ hoc nō tñ verū eſt de his potētijs quę hauꝫ irrōnales ſunt:ſꝫ de his, quę rōni parũt:oēs eniꝫ circa corpora diuiſibiles ſunt. Quare tota ſenſibilis nã cōſtat diuerſitate, vel diuiſibilitate:cū alia circa materiã:alia circa corpa ſint diuiſibilia. ❡ Ulteriꝰ quęres quo nam mō rōnalis anima conſtet hac duplici natura. Rñdeť, vt Themiſtius inuit, rōnaleꝫ aiaꝫ hac duplici cōſtare nã, nō qdeꝫ cōſtantia cōpoſitionis:quali mixta cōſtant ex ęlntis:ꝛ ęlntuꝫ cōſtat mã ꝛ forma:ſed ɔſtantia mediationis:quali mediū, vt tepiduꝫ ɔſtat extremis calido. vꝫ. ꝛ frigido:ꝛ rubrū albo atqꝫ nigro. Naꝫ rōnabilis aię nã minor eſt intellectu atqꝫ mēte:maior ỽo ꝗ̃ irrōnabiles

Aug. Them.

3ª dubitaº.

Aug. Them.

irrõnabiles potẽtię.habet aũt cum vtroqꝫ cognationeꝫ: cum rationabilis aĩa ſicutum itellectualis:tum ſenſualis.
4° dubiũ. Quę themi. ℭ Ulterius quęres quõ aĩa rõnabilis ſic media cuncta cognoſcit. Reſpõdet vt Themiſtius innuit aĩam ipſam: quatenꝰ idẽtitate participat,cognoſcẽ ea,quę poſſunt cõſtare idẽtitate.vꝫ.itellectualia.quo vo cõſtat diuerſitate,cognoſcẽ mãlia:quę vocat diuerſa. Pręterea:vt Themiſtius ingt,alio modo aĩa cognoſcit oĩa:qꝛ quãdo colligit genera ꝛ ſpẽs:nũc repſentant ſibi eadẽ:ſiue idẽtitas. cum vo colligit differẽtias,ppa,ꝛ ſpẽs:repſentaĩ ſibi diuerſum.quare cognoſcit ideꝫ,ꝛ diuerſum:ꝛ qm oĩa ↄſtãt bis:agiĩ rõnabilis aĩa oĩa cognoſcit.hoc itaqꝫ modo aĩa ↄſtat ęlemẽtis ſiue rerũ pncipijs ſm Tymęũ:vt Themiſtius exponit.
5° Quę themi. ℭ Ulterius quęres quę anima hęc eſt: quę cõſtat eodem ꝛ diuerſo. Reſpõdet,vt Themiſtius innuit de intẽtione Tymęi hãc animã eſſe mundi. Hęc enim media eſt deoꝝ,ꝛ materialiũ,eſtqꝫ mortaliũ creatrix:ꝛ a ſcdis dijs pducta:de qua poſtea dicemus. Hanc Tymęus credidit eẽ hoĩs animã rõnabilẽ:ꝛ animã mũdi:vt in libro de itellectu diximus. Et quomodo ſit:alibi dictum eſt,ꝛ poſtea dicetur fortaſſe. Hęc ex Tymęo de intentione Platonis.

ℭ Similiť determinatũ eſt ab eodem ꝛ in hiſce quae de philoſophia dicũtur: aĩal qdem ipſum ex ipſius vnius idea formaue ꝛ ex lõgitudine pma ꝛ latitudine pfunditateue ↄſtare.caetera vo:ſiliť modo.

Tex.26. ℭ Similiter aũt ꝛ in his quę de phĩa ſunt dicta:determinatuꝫ eſt,ipm qdem aĩal ex ipſius vnius idea,ꝛ ex prima lõgitudine,ꝛ latitudine ꝛ altitudine,alia aũt ſimili modo.

COMMENTARIVM.

ℭ Nũc per aliud Platonis dictũ iteruꝫ declarat animã cõſtare ex ęlemẽtis ſiue pncipijs,reruꝫ. Sunt aũt reruꝫ ſiue ęlnta,ſiue pncipia,vt alibi tradit Plato,vnum ſiue idem:ꝛ diuerſum:qḋ eſt dualitas,trinitas,ꝛ quatrinitas. Ex ijs cõſtare aĩal ait:ꝛ cętera oĩa.quo dicit aĩal ijs conſtare:animaꝫ quę intelligiĩ per aĩal:dicit ęlemẽtis hiſce cõfici.quo vo dicit cętera alia etiã ijs ↄſtare:innuit Plato animã per hęc cognoſcẽ oĩa.nam quo ipſa cõſtat hiſ ſilibus: qbus cętera cõſtant:ipſa cętera cognoſcit,ꝛ per ſilitudinem:qua cõſtat.
Declatio verborum. ℭ Quo vo ad verba attinet,debes ſcire per ideam vnius pma facie Platonẽ itellexiſſe idẽtitatẽ: qua cõſtant itellectualia per primã dualitatem ꝛ cęteras alias intellexit diuerſitatẽ:qua cõſtãt ſenſibilia.aĩal ergo ipſuꝫ ↄſtat hiſ duobus:ꝛ cętera alia hiſ duobus:nõ tamẽ ſimul: qꝛ intellectualia ↄſtant idẽtitate:quę diciĩ idea vnius: ſenſibilia cõſtãt diuerſitate:quę diciĩ prima dualitas,ꝛ pma trinitas,ꝛ pma quatrinitas. aĩal aũt hiſ duobus cõſtat ſimul,nõ quidẽ ↄſtantia cõpoſitionis:ſed cõſtãtia mediationis:quare aĩa quę intelligiĩ hic per aĩal,iuxta Platonis decretuꝫ in Alcibiade: vbi hominẽ appellat animã,oĩa cognoſcit.nam idẽtitate cognoſcit itellectualia:diuerſitate cognoſcit ſenſibilia.
Alia declatio per[philoſophiã] Simplicius itelligit libruꝫ de bono: quẽ Plato cõpoſuit. In eo libro Pythagoricas memorat ꝛ Platonicas opiones de entibꝰ.
Digreſſio Simpl. ℭ Simplicius hic digrediĩ circa poſitionẽ Platonis,ꝛ ait Ariſtotelẽ ſemp fuiſſe cõſuetuꝫ narrare,apparẽs de opionibus antiquoruꝫ,ꝛ redarguẽ noĩa que ſm multoꝝ ↄſuetudinẽ excipe cõſueuiſſet:ſed nõ reales viroꝝ deſtruere veritatẽ:propterea enitiĩ exponere mẽteꝫ Platonis:quaꝫ ꝛ Themiſtius etiã prius expoſuit:quã rem poſtea boni expoſitores noſtri ſatis egregie expoſuerũt.Uerũ cum hęc parũ veritati pficiant,bona frõte pternuſimus:maxime cum copioſe ita dicãt:vt nihil ſupra addẽduꝫ ſit. P.vt Auerroes ait,difficiles ſunt opiones veteꝝ:quoniã apud nos ſunt ignotę.
Quę tymęus ℭ Aiaduerte tamẽ Tymęuꝫ iter vnitatẽ ꝛ punctuꝫ nullã feciſſe differẽtiã:quo fit,vt idea vnitatis,eadẽ ſit,ꝛ puncti:nec inter lineam ꝛ primã dualitatẽ:nec inter ſupficiẽ ꝛ primã trinitatẽ:nec inter ſolidũ ſiue corpus ꝛ primã quaternitatẽ differẽtiam aliquã poſuerũt. quare nec iter harũ reruꝫ ideas.Quũ igitur aĩal hiſ cõſtet,qbus cęterę res ↄſtare videãtur:proculdubio aĩa,quę intelligiĩ per aĩal,etiã hiſ cõſtat.quare hęc cognoſcẽ videtur:ꝛ hiſ mediãtibus cęteras res:quę de hiſ pficiſcũtur.Quo vo modo aĩal,ꝛ cęterę res ex hiſce ↄſtãt:Simplicius ꝛ Themiſtius ꝛ iuniores expoſuerũt:quaꝫ rem,vt diximus,bonis rõnibus pternuſimus.

ℭ Inſuper ꝛ alio pacto intellectuꝫ qdem eſſe vnum ipſum: ipſa vo duo ſciam.eſt enim ipſa:tm̃ ad vnuꝫ proceſſio:ſupficiei pterea numerũ opinionẽ:ſolidi ſenſum.nam numeri quidẽ:formae ipſae ꝛ pncipia dicebãtur.ſunt autẽ:ex aelemẽtis. Res vo:partim intellectu partim ſciẽtia partim opione partim ſenſu diiudicantur ac diſcernũtur.atqꝫ hi numeri:formae ſunt rerum.

ℭ Adhuc aũt ꝛ aliter,intellectũ qdem vnuꝫ: ſciẽtiaꝫ aũt duo. Singulariter enim ad vnũ eſt.plani autẽ numerũ ad opinionẽ.ſenſum vo eum:qui firmi. Hi qdem enim numeri,ſpẽs ipſę,ꝛ principia entium dicebanĩ.ſunt aũt ex ęlemẽtis. Iudicanĩ aũt res alię qdeꝫ intellectu:alię vo ſciẽtia:alię aũt opinione: alię vo ſenſu. Spẽs aũt numeri hi rerum. Tex.27.

COMMENTARIVM.

ℭ Cępit pbare animã ex ęlntis ſiue pncipijs reruꝫ ↄſtare de mẽte Platonis,vt videlꝫ cũcta cognoſceret,ꝛ pbauit ita eẽ duabus Platonis auctoritatibus:vt ex Tymęo:vbi dictuꝫ eſt ipſam ↄſtare ex eodẽ ꝛ diuerſo:quę ſunt reruꝫ pncipia.ꝛ ex libro de bono,vbi oſtẽſum eſt aĩal ipſuꝫ eẽ ex idea vnitatis,ꝛ dualitatis,ꝛ trinitatis,ꝛ quaternitatis: quẽadmodũ ꝛ cęterę res.at nũc 3° oſtẽdit de mẽte Platonis animã cõſtare ex principijs:qꝛ cõſtat ex numeris: quę ſunt rerum formę,ꝛ pncipia.Ex quo vo li°,hoc Ariſtoteles collegerit,nõ explicat.pbat aũt ſolũ animã cõſtare ex numeris:quoniã cõſtat ſuis potẽtijs:quę numeris ↄſtãt:vel ſuis opationibus,quę numeris deſcribunĩ. naꝫ itellectus:qui eſt aut aię potẽtia,aut opatio:vnũ qd eſt.Siqdẽ itellectu dignitas cognoſciĩ,ꝛ nullo alio.ſciẽtia que eſt aię,aut potẽtia,aut opatio,ad duo referĩ.naꝫ (vt Themiſtius ingt)ſciẽtia a pma dualitate eſt.pcedit enim ab vno ad vnũ:quia a ſumptionibus ſupple vtute vnius medij ad vnã ↄcluſionẽ.opinio quę eſt aię aut potẽtia,aut opatio,a pma trinitate:qm numerus ad planaꝫ figurã referĩ.nam opionis eſt ex,ppõnibus vtrũqꝫ verum falſumue ↄcludere.,ppões aũt vnũ qd ſunt vtute medij:ſenſus qui eſt aię aut vis,aut opatio:a quaternario pmo numero ortuꝫ habet a quo pma idea ſolidi corporis emanabat,circa qḋ ſenſus noſtri verſanĩ. Ingt,adhuc aũt ꝛ aliter ſupple animã ex pncipijs reruꝫ cõſtare dicit.nam ſupple ait intellectũ eſſe ipm vnuꝫ.Sciẽtiam aũt ipſa duo.ſingulariter eniꝫ eſt ad vnũ ſupple ab vno: quia a ſumptionibus vtute medij ad vnam cõcluſionẽ. Plani aũt numerũ ad opinionẽ ſupple eſſe dicit.aliter

legi pōt ꝛ magis ad verba greca ſic. In plani aūt numerum opinionē: ſupple retulerūt. Platonici enim opinionē ipſam retulerūt in numerū plani: qui trinitas ipſa eſt: qꝛ (vt dixit Themiſtius) opinio eſt a ꝓpōnibus ad duplicem ꝯcluſionē: veraꝫ falſamue. ſenſum vō ſupple dicūt eſſe eum ſupple numerū: qui eſt firmi ſiue corporis. i. quaternarius. vel iuxta ſenſum grecū lege ſic, ſenſum vō in eum numerū qui eſt firmi: ſupple retulerūt. nam ſenſus noſtri ſunt in corporis organis: ꝛ nō niſi corporeaꝝ reruꝫ ꝑceptiui. ecce quo modo opationes ſiue potētie ab ipſis numeris ꝑficiunt̄. ſunt enim itellectus, opinio, ſciētia, ꝛ ſenſus aīe ſiue potētie: ſiue opationes: quare ꝛ aīa ipſa videtur iis inter numeris ꝯſtare. ℂ Aiaduertēdū, vt ex Simplicio colligi pōt diuiſionē entis fieri, qꝛ aliud eſt cognoſcitiuū: aliud cognoſcibile. Cognoſcitiua qdem eſt aīa ipſa: ꝛ potētie ſiue aīe opationes: vt itellectus, ſciētia, opinio, ꝛ ſenſus: oēs enim he ſiue opationes, ſiue potentie ex pte cognoſcitiuoꝝ entiū ſunt: cognoſcibilia entia ſunt itelligibiles res, ſcibiles, opinabiles, atqꝫ ſenſibiles: que his ſiue potētiis ſiue opationibus aīe cognoſcūtur. Declarauit igitur Ariſtoteles animā, ꝛ cūcta cognoſcitiua ꝯſtare numeris. Subiūgit nūc Ariſtoteles cognoſcibilia etiaꝫ numeris ꝯſtare, vt oſtēdat inter cognoſcitiua, ꝛ cognoſcibilia ſilitudinem, ꝛ hoc, vt ait Simplicius: vt oſtēdat ſile ſimili cognoſci etiaꝫ ſm hos viros, ꝛ inquit. Hi quidē enim numeri, ſunt ſpēs ſiue forme ipſe entiū: que cognoſcunt̄: ꝛ pncipia entiūꝫ: que cognoſcunt̄: dicebātur a Platonicis: tamē eiuſmodi numeri: qui ſunt rerum cognoſcibiliū forme, ꝛ pncipia: ſunt ex elemētis: vt Simplicius ſupplet: qa ex ipſo vno, ꝛ dualitate, trinitate, ꝛ quaternitate: quare numeri eiuſmodi ſunt rerū elemēta: ꝛ adhuc ex elemētis priorib⁹: ſiue ideis elementorum: qbus vult hic tam cognoſcibilia ꝙ cognoſcitiua eē ſilia: qa cōſtant ſilibus formis ac elemētis. quare aīa cognoſcit per ſile: cognoſcit enim cognoſcibilia mediātib⁹ cognoſcitiuis potētiis: modo tam potētie ꝙ res cognoſcibiles ꝯſtant ſilibus pncipiis. ꝛ hoc ſubſcribit. D. Iudicant̄ autē res ab ipſa aīa mediātibus cognoſcitiuis potētiis, alie qndē intellectu: alie vō ſciētia: alie autē opinione: alie aūt ſenſu. numeri vō ſupple qbus he potētie cognoſcitiue cōſtant: ſunt etiam rerū que cognoſcunt̄, ꝛ ſupple elemēta, ꝛ pncipia. ergo aīa ipſa res cognoſcit ſimili. quare oportet eam ꝯſtare ex reruꝫ elemētis: vt ſili eas cognoſcat. Quo vō ad verba attinet, verba illa [iudicātur autē] in antiqs trāſlationibus nō aduerſatiue leguntur, ſed quaſi vt redditiua cauſe, hoc modo, [iudicantur enim] ꝛ mihi placet: qꝛ reddere videt̄ cām per illa vba, quare inter cognoſcitiua ꝛ cognoſcibilia eſt ſilitudo. ꝛ h̄ pacto Simplicius legere videt̄. ℂ Auerroes aūt hunc locuꝫ aliter intelligit. ſolū enim ad res ipſas cognoſcibiles reſpexit, ꝛ nō ad potētias cognoſcitiuas. nam per intellectuꝫ nō potētiam aīe intelligit: ſed ꝓpōnes primas: que ſunt pma pncipia. per ſciētiam intelligit, ꝯcluſioneꝫ ipſam. per opinionē ſiue eſtimationē intelligit ꝓblema qđ poteſt eſſe ad vtrūqꝫ. per ſenſuꝫ vō intelligit corpus ſenſibile: ꝛ ſic hec ad res ipſas retulit: nō autē ad potētias cognoſcitiuas reruꝫ: ꝛ tūc Auerroes ſyllogiſat aīam cōſtare ex numeris, qui ſunt elemēta reruꝫ, ſiue rerum pncipia ſint: cognoſcibilia cōſtāt numeris: vt itellectus, ſcientia, opinio, ꝛ ſenſus. ergo aīa cognoſcēs cōſtabit numeris: aliter aīa ſimili nō cognoſcet ſile. Laborat autē Themiſtius expōnē opinioneꝫ Platonis. tu vō ſi cupis illam intelligē, lege ipſum. nobis aūt ſatis ſit, ex Platonis auctīibus hīc ꝙ aīa ipſa ꝯſtat ex elemētis atqꝫ principiis reruꝫ: ꝫ nō eodē modo dicat: nec ſibi Plato in his auctīibus ſilis eſt. nam ꝫ vbiqꝫ animā cōſtare dicat ex elemētis reruꝫ: tñ in Tymeo ait illā cōſtare ex eodeꝫ ꝛ diuerſo: in libro de bono, ait illā cōſtare ex ideis. in aliis libris: quos Ariſtoteles nō cōmemorat, ait eam cōſtare ex numeris. Plato igit̄ nō vbiqꝫ ſilis eſt ſibi: ex quo de ipſis elītis reruꝫ nō eodē modo dicat. eſt tñ ſibi ſilis vbiqꝫ, quo vbiqꝫ aſſerit aīam elītis rerum ꝯſtare.

ℂ Cum aūt anima motiuū ꝛ cognitiuum ſit: quidam vtrūqꝫ complexi ſunt atqꝫ animā numerum eſſe ſeipſum mouētem aſſeruerunt.

ℂ Quoniā autē ꝛ motiuū videbat̄ aīa eſſe, ꝛ cognoſcitiuūꝫ: ſic qdam complexi ſunt ex vtriſqꝫ, enūtiātes animam eſſe numerū mouentem ſeipſum. Tex. 28.

COMMENTARIVM.

ℂ In treis ſectas phi, qui anime definitionē tradiderūt: diſſecti ſunt: vt Auerroes, ꝛ Themiſtius annotarūt. naꝫ alii ex motu: alii ex cognitiōe: alii ex vtriſqꝫ motu, ꝛ cognitione definitioneꝫ anime nacti ſunt. Qui philoſophi ex motu: ꝛ qui ex cognitione definitionē nacti ſint, Ariſtoteles ſatis abūde expoſuit: quo vō modo ex vtriſqꝫ definitionē nacti ſint: nūc exponit: ſed qui hi ſint: ꝙ hoc pacto aīe definitionem ſarciūt: Ariſtoteles nō expoſuit. Inqt, Quū aūt ꝛ motiuū, ꝛ cognoſcitiuū videbat̄ anima eſſe, ſic quidā cōplexi ſunt ſupple anime definitionē ex vtriſqꝫ. ſ. motu ꝛ cognitione: enūtiātes aīam eſſe numeruꝫ ſeipm mouēteꝫ. ℂ Quo vō ad verba attinet, verba illa [aīe definitionē] ſunt addita ad cōplementum ſenſus greci. cetera autem, vt in grecis codicibus iacēt: trāſlata ſunt. ℂ Quo vō modo definitio hec ꝯſtet vtriſqꝫ: Themiſtius optime exponit. nam ex eo ꝙ numerū appellabāt, intelligi volebāt cognoſcēdi vim: que hīetur in aīa: vt eniꝫ ſupius diximus, ex eo aīa vim cognoſcēdi hīc videt̄: quo res ipſe nāles: quas cognoſcit: ſpecificari numeri participes ſunt. Ex eo vō ꝙ ipm ſe mouētem dicebāt: vim eius mouēdi mōſtrabāt: ꝛ ita qꝛ ipa ſe mouēdi vim habet, cetera facile mouere pōt. hac ergo definitiōe phi huius ſecte cognitionē ꝛ motū amplexi ſunt. ℂ Qui vō fuerint hi ſic definiētes: Ari[les] nō expoſuit. Expoſitor in Platonē retulit. ℂ Qꝛ nouus Expoſitor falſum eſſe ait. nam ſupius Platonē Ari[les] enumerauit iter eos: qui aīe definitionē ex cognitiōe tñ nacti ſunt. Quare ſi hi, quorū hic Ari[les] meminit: eēt Plato ſit: ſecte nō tres: ꝫ due eēnt. ℂ Propterea nouus expoſitor in Xenocratē Platonis diſcipulū retulit. hic eniꝫ (vt Simplicius inqt hic) dixit aīam numerū eē: qui ſeipm mouet: vt lōga cōmētatione declarat. ℂ Ego vō puto Xenocratē fidū Platonis diſcipulū, nihil dixiſſe: qđ nō fuerit de Platonis mēte. Et ꝓpea recte Expoſitor in Platonē retulit. naꝫ Plato nō vna rōne aīam deſcripſit: qñqꝫ eniꝫ illā ſola cognitione: qñqꝫ motu, ꝛ cognitione definit: nec eſt abſurdum eūdē phm rem eandē duabus definitionib⁹ definire: vt Ari[les] etiā aīam duplici definitione deſcripſit. Quare cū Plato aīe definitioneꝫ ex ſola cognitione deſcripſit: fuit eius ſecte: que cognitiōe aīe definitionē nacta eſt. At nūc definiēs vtroqꝫ modo: eſt eius ſecte: que 3° loco animaꝫ ex vtriſqꝫ deſcripſit. Hec mihi videntur.

ℂ Omnes tamē de principiis quae ꝛ quot ſunt: iter ſeſe diſſentire vident̄. atqꝫ maxime qdem ii qui corporea putāt eſſe: ab hiſce diſſentiūt qui incorporea ponūt. minus aūt: ab iis qui cōpoſuerūt ꝛ ex vtriſqꝫ principia rerum aſſignauerunt.

Exp. ſimpl.

Exp. Auer. Cōme. 27°.

In dictis platonis diuerſi.

Exp. Them.

Qui phi ſic dixerunt.

Opinio diui Thome.

Nouus expoſitor Egid. cōtra Thomā.

Exp. Egidi⁹

Defenſio diui Thome.

Plato diuerſus in deſcriptione aīe.

ℂ Differūt

Tex.28. ¶ Differũt autem de principijs que ⁊ quot ſunt: maxime qdez corporea facientes incorporea. His autẽ miſcẽtes, ⁊ ab vtriſq; principia referentes.

COMMENTARIVM.

¶ Hec traſeries oino eſt manca: ⁊ iacet ad v̾bum, vt in antiqs traſlationib⁹ habet: verũ niſi ſuppleat: proculdubio nõ eſt itelligibilis. ideo nos hec ꝯſiderantes traſtulimus nõnulla v̾ba supplẽtes: que ſunt de neceſſitate actice interptationis. Themiſtius paraphraſat h pacto, differũt v̾o de pncipijs que ſunt: hoc eſt quo ad nãz, ⁊ quot ſunt, id eſt quo ad numerũ. maxime qdez qui corporea pncipia faciunt, ſupplet Themiſtius ab his: qui incorpea. ꝑpiores v̾o (vt ſupplet Themiſtius) ſunt ijs, qui ꝑmiſcet, ⁊ ex vtriſq; pncipia aſſignãt. quare lege veterẽ textũ ſic, Differũt aũt ſupꝫ le phi qui de aie definitione elaborarũt que ⁊ quot ſunt: hoc eſt taz quo ad nãm pncipiorum ſiue ſubam: q̃z quo ad numerũ. verbũ [differunt] Themiſtius refert ad oẽs, qui de aia locuti ſunt dicẽtes illã cõſtare pncipijs rerũ. oẽs. n. hi qui aiam dicũt, rerũ pncipijs ꝯſtare, differũt in ſuba, ⁊ numero pn̾orum: ⁊ (vt Themiſtius ingt) alij plus, alij minus in hoꝝ vtroq; differunt. Maxime qdez corporea faciẽtes ſupple diſcrepant ab his, qui pn̾a incorporea faciũt: lõgiſſime eniz hi differũt, eo modo quo corporea ⁊ incorpea differũt. His aũt qui corporea vel incorpea dicũt pn̾a, ꝑpiores ſunt, vt Themiſtius ſubaudit: ꝑmiſcẽtes ⁊ ab vtriſq; corporeis, ⁊ incorporeis pn̾a ipſa rerũ referẽtes. Scđm enim Themiſtiuz ꝑmiſcẽtes ipſa pn̾a ex corporeis ⁊ incorpeis ſunt ꝑpiores ijs, qui corporea, vel incorpea pncipia dicunt: vel lege ſic: his aũt. i. ab ijs aũt qui corporea vel incorporea dicũt, minus ſupple differũt miſcẽtes: ⁊ ex vtriſq; principia referẽtes.

Introductio text⁹ Introducas ergo ſic textũ: cũ Ariſt. enarrauit coꝝ phoꝝ opiones qui aiam ſarcuit ex rerum nãliũ pncipijs: nũc ſubiũgit coꝝ diſiam, que eſt de pncipijs rerũ, ⁊ quo ad eoꝝ nãm ſiue qualitatẽ aut ſubam: ⁊ quo ad eoꝝ nũm.

Sente de rez principijs ¶ Quo v̾o ad ſenſum text⁹ attinet, tres de rerũ pncipijs fuerũt opiones. nam alij illa corpea fecerunt, vt Empedocles 4ᵒʳ ęlinta: alij incorpea, vt Platonici, qui ideas, ⁊ numeros rerum pn̾a autumãt: alij pncipia ꝑtim corpea partim incorpea fingũt, vt Anaxagoras: qui ſimilaria, ⁊ mẽtẽ reruz pn̾a dicit: qui ſequunt Empedoclez, lõgiſſime differũt ab his, qui Platonẽ imitant. Minus autem differũt ab his, qui Anaxagoram ſequuntur. nam cum Anaxagora aliquo pacto cõueniunt: Illi v̾o inter ſe omnino differunt.

¶ Diſſentiũt etiam: ⁊ de multitudine eorũdem. qdaz enim vnum: qdam plura principia dicũt eſſe. Atq; vt de principijs ſenſerũt: ſic de anima etiã determinauerũt. nõ enim abeſt a ratione: in primoꝝ natura mouendi cauſam collocare.

Tex.29. ¶ Differũt autem ⁊ circa multitudinẽ. nam hi qdem vnuz: hi v̾o plura dicũt. Cõſequẽter aũt his, ⁊ aiam aſſignãt. Motiuuz. n. ſcḋm nãm primoꝝ exiſtimarũt nõ irrõnabiliter.

COMMENTARIVM.

¶ Quo ad nũm nũc phoꝝ diſiam exponit. nam alij vnũ oiuz rerũ pn̾m ponũt, vt Diogenes qui oium rerũ pn̾m fecit aerem: ⁊ Heraclit⁹ qui vaporẽ oium reruz pn̾m dixit. Alij plura, vt Empedocles, qui q̃ttuor ęlemẽta ait: ⁊ Democritus, qui athoma aſſerit: ⁊ Anaxagoras, qui ſimilaria fingit. Quia v̾o ſupius dixit eos circa aiam ita differe, vt circa oium reruz pn̾a: qꝛ illã faciũt aut de numero pn̾orum, aut ex pncipijs ꝯfectam: ſubdit. ꝯñter aũt his pncipijs ⁊ aiam aſſignãt: qa (vt Themiſtius ingt) quãtum ⁊ quale diſcrimẽ inter illos de pmordijs habet: tãtuz ⁊ tale de aia opionũ diuortiũ eſt: qa illi qui vnũ rerum pn̾m aiunt: aiam illo vno ꝯſtare fatent: ⁊ qui plura: illis pluribus. ꝑ. Qui mãlia pn̾a rerũ dicũt, aiam qd mãle eẽ affirmat, atq; corporeũ. qui v̾o immãlia: aiam etiã qd imãle autumat. Recte igitur dictũ eos ita de aia eẽ locutos: vt de reruz pmordijs. Huius rõnẽ aſſignat dicẽs: [motiuũ etenim ſcḋm nãm pmorũ eſtimauerũt nõ irrõnabilr. primoruz.] id eſt de numero pn̾orum, vt exponit Themiſtius. quaſi. d. ideo recte differũt in aia, vt differũt in pncipijs: qa id qḋ eſt motiuum ſcḋm nãm, nõ irrõnabiliter eſtimarũt eſſe vnũ de numero pn̾orum: vel aliqd ex pncipijs conſtans: quale aia ipſa eſt: que eſt vis ſuaptenatura mouẽs. Alij verbũ [pmoꝝ] referũt ad phos ipſos: ⁊ tũc eſt ſenſus. motiuũ enim ſcḋm nãm phi de numero pmoꝝ aiam ſupple ipſam eſtimauerũt nõ ſine rõne: ⁊ cum illi primi phi aiam dixerũt eẽ motiuuz ſcḋm nãm: ideo ita differebãt in aia, vt in pncipijs: qa motiuũ ſcḋm naturã eſt principium: vel pncipio ꝯſtans. Qꝛ aũt aia quatenus ſuaptenatura eſt vis motrix: ſit inter pn̾a reponẽda: facile ꝯſtat ex definitione pncipij. eſt enim pn̾m id, vnde motus eſt. q̃re aia rõne qua motrix eſt: iter pn̾a eſt redigẽda.

¶ Quapropter: ignis quibuſdã eſſe videtur. is enim ſubtiliſſimaꝝ eſt ptiũ: ⁊ lõge magis q̃z aelmta caetera incorpeus. mouet inſup: ⁊ caetera pmo mouet.

Tex.29. ¶ Unde qbuſdã viſuz eſt eſſe ignem. etenim hic in partibus ſubtiliſſimus eſt: ⁊ maxime ęlemẽtoꝝ incorporeus. Adhuc autez ⁊ mouetur, ⁊ mouet alia primo.

COMMENTARIVM.

¶ Cum aiam iter pn̾a repoſuerũt: ideo nũc que de aia dixerũt, exponit: ⁊ ait qbuſdã viſum fuiſſe aiam eẽ ignem: tum qꝛ gracilẽto ⁊ tenuiſſimo corpe ſit: vnde ſe q̃dãmodo incorpeuz aſſerat: tum qꝛ ⁊ mouet ſe, ⁊ ceteris motũ pſtat: qbus approximat. hec aũt duo aie cõpetẽ vident. eſt enim qd tenuiſſimũ: ⁊ motiuũ maxime. ignis eniz qꝛ tenuiſſimus eſt: aie cõpetit cuncta cognoſcẽ: qꝛ v̾o maxime mobilis: ideo aia cetera mouet, hi aiam inter corpa repoſuerũt. nam lꝫ ignis ſit iter ęlinta tenuiſſimus, ⁊ maxime incorpeus: tñ corpus eſt. quare aiam quã ignem eẽ affirmãt, proculdubio etiam corpus eẽ autumãt.

¶ Democritus aũt ⁊ ſubtilius dixit: cum aſſignauit cur eſt iſtoꝝ vtrũq;. dixit enim: animã quidez mentẽq; idez eſſe. hoc aũt: ex ipſis primis atq; indiuiſibilibus corporibus eſſe. Atq; ob partiũ qdem ſubtilitatem mouere: ob figurã v̾o, moueri. figurarum autez omniũ mobiliſſimã, figuram rotũdam aſſerit: talẽq; eſſe intellectum ⁊ ignem.

Tex.30. ¶ Democritus aũt ⁊ dulcius dixit, enũtiãs, ꝓpter quid vtrũq; hoꝝ. Aiam qdem enim ⁊ intellectũ idem: quẽadmoduz diximus ⁊ ex primis, ⁊ indiuiſibilibus corporibus eẽ. Motiuum aũt ꝓpter ſubtilitatez partiuz, ⁊ figuraz. figuraꝝ aũt mobiliſſimã ſphęricam dicit: hmõi eſſe ⁊ intellectũ, ⁊ ignem.

COMMENTARIVM.

¶ Nũc quid Democritus de anima ipſa ſentiat, exponit.

Democritus.n.aíam,quá idē eſſe cū itellectū affirmat:
ait cē vtrūqʒ.ſ.maxime motiuā:ꝛ maxime mobilē.ma-
xime qdē motiuā,ob partiū ſubtilitatē athomoꝝ qbus
ipaʒ ɔſtare arbitrat:ꝛ ob figurā eius quę eſt,vt ait ſphę-
rica:ꝛ athomoꝝ,qbus cōſtat.maxime vō mobilē,ob fi-
gurā tm̄.ſ.ſphęricā eius:ꝛ athomoꝝ:qbus ɔſtat:qꝛ taleʒ
figurā tribuit igni ꝛ itellectui.Jnqt Democrit⁹aūt ꝛ dul-
cius dixit enūtians,ꝑpter qd vtrūqʒ hoꝝ ſit.ſ.maxime
Mar. expoſi-toꝝ. motiua:ꝛ maxime mobilis:vt exponit Them̄. ❡ Expo-
ſitores vō noſtri expoſuerūt ꝑpter qd vtrūqʒ hoꝝ ſit.ſ.
cognoſcēs,ꝛ maxime motiua.ꝛ non mihi diſplicet:nam
vtrūqʒ hoꝝ Ari^{les} ꝓbare videtur.ꝛ ꝓ q̄ ſit cognoſcēs:ꝛ
inqt.ꝛ tu ſubaudi,cognoſcēs qdē.ná aiam ꝛ intellectū cē
idē ſubaudi affirmat,velut diximus aiam ipſam eſſe ex
p̄mis ꝛ indiuiſibilibus corpibus eſſe:ſic ſupple dicimus
ipſam ꝛ intellectū idē:ꝛ ita vult illaʒ eſſe intellectū.i.co-
gnoſcitiuā vim,catenus:quatenus eaʒ ex p̄mis ꝛ indiui-
ſibilibus corpibus ɔſtat.naʒ cum cūcta ꝓficiſcant a pri-
mis ac indiuiſibilib⁹corpibus:eo ipſo q aia ɔſtat ex pri-
mis ꝛ indiuiſibilib⁹,cunctis:quę de illis p̄mis naſcuntur
erit ſilis:quare illa cognoſcet. Recte igit̄ dcm̄ eſt,qꝛ aia
ɔſtat ex p̄mis,ipſam cē intellectū.i.vim cognoſcitiuaʒ.
deide oſtēdit ipſam cē maxime motiuā,ꝛ inqt.motiuaʒ
aūt ſupple ait eſſe aiam:ꝑpter ſubtilitatē ꝑtium:ꝛ ob fi-
guram tam ſui,q̄ȝ corpoꝝ qbus ɔſtat:eſt enim ꝛ aia ipſa
ſphęrica:ꝛ corpa etiā qbus ɔſtat ſphęrica.dicit aūt figu-
rarum mobiliſſimā.i.tam maxime motiuaʒ:q̄ȝ maxime
aptaʒ moueri,ſphęricā:hō.i.talis figurę ait cē tam intel-
lectuʒ/qui eſt aia:q̄ȝ ignem. Patet igit̄ aiam cē vtrūqʒ.ſ.
cognoſcitiuā:ꝛ motiuā.Cognoſcitiuā qdem:quatenus cō-
ſtat p̄mis ꝛ indiuiſibilib⁹ corpibus.motiuam aūt,quate-
nus eſt ſphęrica. Hoc pacto expoſuerūt noſtri expoſito-
res:ꝛ certe,vt mihi videt̄:ſatis textui cōſone.Et his,quę
Mar. them̄. Ari^{les} poſtea dicet:Themiſtius aūt expoſuit ꝗ vtrūqʒ ꝗd
eſt mouēs ꝛ mota.hęc enim ꝓxime ſuppoſuit.ꝓbat aūt
aiam cē vtrūqʒ:veruʒ prius ſumit ipſam cē intellectum
ſeu vim cognoſcitiuā,ex eo qꝛ cōſtat p̄mis corpibus.po-
ſtea ꝓbat aiam cē motiuū.ꝛ hoc inqt.aiam qdeʒ enim ꝛ
intellectū idem cē ſupple dicit:quēadmodum dicimus
ipſam eſſe ꝛ ex p̄mis ꝛ ex indiuiſibilib⁹ corpibus.quare
nō oportet ꝓbare aiam cē vim cognoſcitiuā:qꝛ hoc ſup-
ponēduʒ eſt:velut ſupponit̄ ipſam cē ex p̄mis.ꝓbat er-
go aiam cē vtrūqʒ.ſ.motiuū,ꝛ mobile,vt accepit de mē-
te Democriti,ꝛ inqt.Motiuū aūt ob ſubtilitatē ꝑtiuʒ
eoꝝ corpoꝝ qbus ɔſtat:ꝛ ob figuram tam ſui q̄ȝ p̄moꝝ
corporū. Ergo duplici rōne aia eſt motiuum.ſ.tenuitate
ꝑtiuʒ:ꝛ cōmoditate figurę.Qꝫ aūt ſit mobilis,ꝓbat vna
rōne tm̄:qꝛ ſphęrica ex ſphęricis cōſtans.ꝛ hoc ait figu-
raruʒ aūt mobiliſſimā ſphęricā dicit.huiꝰ eſſe figurę di-
cit ꝛ intellectū ꝛ ignem.quare aia mobilis eſt:qꝛ ſphęri-
ca:ecce quō dulcius Democrit⁹ aiam cē mouēteʒ ꝛ mo-
bilem vtrūqʒ ꝓbauit.ſuppoſuit ꝟo ipſam eſſe mēteʒ ſi-
ue vim cognoſcitiuā,ex eo quia ſupponit eam ex p̄mor-
dijs reruʒ cōſtare:hoc modo doctus Themiſtius expo-
Mar. Auer. cōmēto.30. nit. ❡ Auerroes auteʒ exponit vt nr̄i dicūt,per vtrūqʒ,
vtrāqʒ vim.quaſi dicat.Democrituʒ dixiſſe vtrūqʒ ho-
ruʒ.ſ.aiam eſſe vim vtrāqʒ.ſ.ſenſibilem:ꝛ intellectualē.
Jntellectualē qdem:qꝛ cōſtat reruʒ p̄mordijs. Senſibi-
lem ꝟo:qꝛ conſtat viribus motiuis ꝛ mobilibus.ſ.ſphę-
Verboꝝ cōſi-deratio. ricis corpibus. ❡ Quo vō ad verba attinet:verbū illud
ꝗ dulcius: ꝗd gręce eſt γλαφυρωτέρως:glaphyroteros:
Auerrois trāſlationes habēt.Sermonē magis latētem:
ſiue latēntius.Et ſic exponit Democrituʒ animaʒ dixiſſe
vtrūqʒ.ſ.ſenſibilē,ꝛ intellectualē:ſed latētius. Eſt auteʒ
(vt exponit)hoc latēs. Primo,qꝛ dubiū eſt an aia ſit in-
tellectus.Secūdo:qꝛ dubium eſt an aia ſit indiuiſibilis
pars vel ex indiuiſibilib⁹ ꝑtibus. Jd auteʒ qđ patet eſt:
ipſam eſſe ignem apud Democrituʒ.hęc Auerroes:quę
ſunt oīno aliena a mēte textus.nam glaphyroteros grę-
ce ſonat,aut iocūdius,aut cultius,aut id genus:adeo trāſ-
lationes eius pleriqʒ ſunt mendoſę.

❡ At Anaxagoras videt̄ qdeʒ aliud aiam aliud in-
tellectū mentēue dicere:quēadmoduʒ ꝛ antea dixi-
mus:vtit̄ tn̄ vtriſqʒ:ꝓinde atqʒ vna natura.Verū:
mētem principiū maxime oīum ponit.ſolā nāqʒ re-
rum oīum ipſam:ſimplicē ꝛ nō mixtam ꝛ puraʒ eſſe
ſinceram dicit.Atqʒ eidē principio hacc vtraqʒ tri-
buit,cognitioneʒ inq̄ȝ ꝛ motum:dicens vniuerſum
mentem mouiſſe.

❡ Anaxagoras aūt videt̄ qdem alteruʒ dice- Tex.31.
re aiaʒ,ꝛ intellectū,vt ꝛ diximus prius.vtit̄
aūt vtriſqʒ ſicut vna nā. Verūtn̄ ponit intel
lectum principiū maxime omniū:qꝛ dicit
ip̄m ſolū eoꝝ quę ſunt,ſimplicem eſſe,ꝛ im-
permixtuʒ,ꝛ purum. Aſſignauit aūt vtraqʒ
eidem principio,ꝛ cognoſcere ꝛ mouere,di-
cens intellectum mouiſſe omne.

COMMENTARIVM.

❡ Nūc qd Anaxagoras velit:ſubſcribit.naʒ(vt Them̄.
ait)Anaxagoras nihil ɔſtāter decernit.modo.n.mēteʒ ꝛ
aiam ɔfundit.modo mēteʒ p̄cipem facit,quatenus eaʒ
ait ſimpliceʒ cē ꝛ abſolutā ab omni mixtura:ſed ſiue aīa
ꝛ mens idē ſit:ſiue diuerſa:hęc duo.vʒ.cognoſcē,ꝛ mo-
uere aīo mētiqʒ tribuebat:aſſerēs mēteʒ ipſam mouiſſe
omne.i.materiā:quā homiomeriā aliquādo appellabat:
Verba Anaxagorę. nōnunq̄ȝ chaos,nōnunq̄ȝ pan.vnde his vbis vtit̄. Cuʒ
ſimul,oīa maſſali cōgeſtu coiſſent: incidēs,mens,ſecer-
nere,ꝛ diſponē cępit:ꝛ ſic motuʒ mēti tribuit. Cognitio-
nem ꝟo:qꝛ inqt,hoc.i.cognoſcē maxime debitū aīo eſt.
quare tribuit motuʒ,qꝛ cępit mens ipſa ſecernē ea,quę
in ipſo chaos cōgeſta erant,vt Themiſtius inqt,tribuit
cognitionē:qꝛ cognoſcē,vt Themiſtius inqt,per verba
Vbi oꝑ ɔſidēr⁹ Anaxagorę,eſt debituʒ ac ꝓpriū aīo:quatenus aius eſt.
❡ Quo ꝟo ad verba gręca attinet:verbuʒ qꝛ gręce eſt
τοῦν,gitur,latine ſonat ergo,vel igit̄,vel itaqʒ.antiquus
interpres trāſtulit gitur,id eſt qꝛ:ꝛ placet mihi:qꝛ lʒ non
ſic ſit:ſic ſonat.appellauit intellectū Anaxagoras ſimpli-
cem:impmixtuʒ ꝛ purū ſiue ſincerū.nam triplex eſt cō-
poſitio:alia qdeʒ in eēntia,vt ex mā ꝛ forma:alia in vir-
tute,vt mixtio:quę eſt alteratoꝝ vnio:alia in additione,
vt accidēns cum ſubto. Voluit ergo Anaxagoras intel-
lectum cē ſimplicē:qꝛ nō cōpoſitū ex materia,ꝛ forma.
Jmpmixtuʒ:qꝛ nō ex elemētis reſurgens:ꝛ purum ſiue
ſincerū:qꝛ nō eſt accidēs in ſubto,nec corpus,neqʒ vtus
Mar. Auer. cōmēto.31. in corpore. ❡ Auerroes aūt ait opinionē Anaxagorę cē
veritati viciniorē:atqʒ Ariſtotelicę ſnię cōuenientiorem.
nam intellectū cē ex principijs:ꝛ eſſe cām cognitionis,ꝛ
motus eſt ꝑſpicuum. P̄.Ari^{les} poſtea cōmendauit ip̄m
valde:addens opinioni Anaxagorę:quę ipſe pręetermi-
ſit.ſed an Anaxagoras de humano,an de diuino intelle-
ctu loquatur:Ariſtoteles nō exponit,nec aliquis hic:ve-
rum poſtea dicemus.

❡ Thales etiam videt̄ ex hiſce quae tradita memo
riae ſunt:motiuuʒ qddam aiam ipſam eſſe putaſſe.
ſiquidem dixit magnetem habere animā:quia mo-
uet trahitqʒ ferrum.

❡ Videt̄

Tex.32. reminiſcũt ¶ Videt̃ autẽ ⁊ Thales,ex qbus reminiſcimur,motiuum quoddam animã opinari:ſiquidem dixit lapidem animaꝫ habere:quoniam ferrum mouet.

COMMENTARIVM.

¶ Nũc trãſit ad opinionẽ Thaletis Mileſij:qui fuit de ſeptem ſapiẽtibus.hic enim vim mouẽdi accõmodauit aĩe argumẽto q: herculeum lapidẽ.i.magnetem aiatam rem dicebat:qa ferruꝫ trahit,⁊ mouet. Si igit̃ magneti aiam tribuebat:qa mouebat:ſignũ erit eum putaſſe animã eſſe vim mouẽdi. ¶ Quo vo ad verba attinet,dixit ex qbus reminiſcimur, vel ex qbus reminiſcunt̃:qa vix ꝓpter eius antiqtatem eſt dictoꝝ eius aliqua memoria. fuit enim de ſeptẽ Athenarũ ſapiẽtibus: ⁊ qui ſolus eo tẽpore nãliũ reruꝫ inqſitioni ſtudẽs erat.nam ceteri ſapiẽtes moralibus vacabãt dũtaxat. ¶ In trãſlationib⁹ Auerrois nõ Thales:ſꝫ Meliſſus legit̃:qa Thales ſm ea quę dicit:nõ videt̃ poſuiſſe aiam ꝓncipiũ mouẽdi:ſed aquam,vt dĩ pmo meta^ce.argumẽto q: oium rerum ſemina ſunt humida.Uerum trãſlationes Auerrois falſę ſunt:grecis enĩꝫ in codicib⁹ legit̃ Thales:⁊ Themiſtius Mileſium fuiſſe affirmat:ideo forte nõ Meliſſum:ſed Mileſium legẽduꝫ eſt in trãſlationibus Auerrois.Et lꝫ Thales vim mouẽdi aquę tribuat:cuꝫ vim mouẽdi aię tribuit:ipſe non conſequit̃ opinionẽ ſuam:vt Expoſitor inquit:ſed eſt ſibi diuerſus.

¶ Diogenes autẽ ſicut ⁊ alij qdã aerem ipſam cenſuit eſſe:hũc ſubtiliſſimae ſubſtãtiae,rerũqꝫ principium eſſe putãs.Idcirco:cognoſcere atqꝫ mouere aiam dixit.hoc qdem cognoſcere,quo primuꝫ eſt ⁊ ex hoc ipſo caetera ꝯſtant:hoc autem eſſe motiuuꝫ,quo ſubtiliſſimum eſt.

Tex.32. ¶ Diogenes aũt ſicut ⁊ alteri qdam,aerem:hũc opinãs oium ſubtiliſſimũ eſſe:⁊ principium. Et ꝓpter hoc cognoſcere,⁊ mouere aiam. Scdm qdem qd primuꝫ eſt:⁊ ex hoc reliqua:cognoſcere.ſm vo q ſubtiliſſimuꝫ eſt:motiuum eſſe.

COMMENTARIVM.

¶ Diogenes cunctis opinionẽ ſuã de rerũ principijs cõſequẽs,dixit oium rerũ principiũ eſſe aerem:hũc putãs omniũ corpoꝝ tenuiſſimũ:⁊ principiũ de quo cũcta naſcũtur.Animã igit̃ aerem eẽ ait:vt moueat ⁊ cognoſcat:principalitate quidẽ aeris:de quo cũcta naſcunt̃:oia aia ipſa cognoſcit.tenuitate vo euiſdẽ:cuius naturę ipſa eſt:cũcta mouet corpis mẽbra. Inqt.Diogenes autẽ,ſicut ⁊ alteri quidã aerem ſupple aiam eẽ ait:opinãs hũc aereꝫ oium ſubtiliſſimũ eẽ:⁊ principiũ:de quo cũcta naſcũtur. Et ꝓpter hoc:qa.ſ.aia eſt aer:aut aereę naturę:opinatus eſt aiam cũcta cognoſcẽ:⁊ mouere corpus ipm aialis.nã ſm qdẽ q aer ipſe primũ omniũ rerũ principiũ eſt:⁊ ex h aere reliqua ſunt:aiam quę eſt aereę naturę dicit cuncta:quę de aere naſcunt̃,cognoſcẽ.ſm vo q ſubtiliſſimũ eſt:opinat⁹ eſt animã motiuũ eẽ corpis:cuius ipa eſt aia. ¶ Quo vo ad vba attinet:aiaduerte nõnulla vba in noſtris trãſlationib⁹ eẽ ſuppleta:quę attica ꝯſtructio expoſcit:antiqua vo trãſlatio nihil habet,vltra verba gręca.

Dubitatio ¶ Sed occurres.nã aia habet duo,vt moueat:⁊ vt moueat̃:⁊ habet vt intelligat: vt itelligat:habet principalitate aeris:de quo cũcta naſcunt̃,vt moueat: habet exilitate,⁊ tenuitate aeris:cuius naturę ipſa eſt: ideo quęrit̃ vnde habet,vt moueat̃.huius enim cãm Ari^les de mẽte Diogenis nõ aſſignauit. ¶ Themiſtius rõnẽ huius aſſignãs:inqt id eẽ ingeniũ aeris.nam aer ſuapte natura habet,vt moueat̃:⁊ vt ſemp in motu ſit:quare aia exilitate aeris,mouet.natura vo aeris mouetur. Solutio

¶ Heraclitus quoqꝫ:principiuꝫ ait aiam eſſe:quippe cum exhalationẽ eſſe,ex qua caetera dicit cõſtare,⁊ maxime incorpeum eſſe,⁊ ſemper fluere:dicat. atqꝫ id qd mouet̃ eo qd motu cietur cognoſci:conſtat.moueri autem res vniuerſas:⁊ ipſe,⁊ alij complures arbitrabantur.

¶ Et Heraclitus animã principiũ eſſe dicit: ſiqdem vaporeꝫ:ex quo alia ꝯſtituit. Eteniꝫ incorporaliſſimũ iam,⁊ ſemper fluens. Qd vo mouet̃:moto cognoſci. In motu autem eſſe quę ſunt,⁊ ille arbitrat⁹ eſt:⁊ multi. Tex.32.

COMMENTARIVM.

¶ Heraclitus quoqꝫ in poſitione de aia cõſequit̃ opinionẽ ſuam de rerũ ꝓncipijs.naꝫ id qd rebus pn^m dedit,aię tribuit:⁊ q: reruꝫ pn^m poſuit anathymiaſin hoc eſt euaporationẽ vel exhalationẽ:iure aiam eſſe anathymiaſin aſſerit.Ꝙ vo anathymiaſis hoc eſt euaporatio ſit reruꝫ pn^m:eo patet:q: euaporatio eſt qd maxime incorporeuꝫ atqꝫ ſemp fluens:cuiuſmodi ſunt res ipſę nãles:qs eſtimat tanto fluxu fluidas q ſimul poterãt ꝯdictoria vera eẽ.nã cuꝫ dĩ hoc eſt:tãta eſt rerũ fluxibilitas:q dici põt ſtatim hoc nõ eſt.quare vt ſeruaret in rebus ꝯtinuũ fluxum:pn^m reruꝫ ait eẽ anathymiaſin hoc eſt euaporationẽ. Inqt ⁊ Heraclitus aiam pn^m eẽ dicit,ſiqdẽ pro quia eam dicit eẽ vaporem:ſiue euaporationẽ: ex quo vel ex qua,alia cũcta entia nãlia ꝯſtituit.Aſſignat aũt Ariſtoteles cãm quoꝛ vapor eſt ex quo cũcta ꝯſtãt:⁊ inqt.eteniꝫ vapor ipſe ſupple eſt qd incorpaliſſimũ:⁊ ſemp fluens. quare eſt rerũ nãliũ,quę ſemp fluũt,idoneuꝫ pn^m. At q anima ſit vapor:pbat Ariſtoteles ex his,quę Heraclit⁹ inqt:⁊ ſumit duo.vꝫ.id qd mouet̃ cognoſci moto.i.eo qd mouet̃.nam ſile ſili cognoſcit̃:⁊ ita mobile non niſi mobili cognoſci põt.Scdo ſumit oia entia nãlia eſſe in motu.Ex his ſequit̃ illa nõ cognoſci niſi re quę mouet̃:quare cum nos nõ niſi aia res ipſas cogſcamus:iure aia erit res,quę ſemp mouet̃:⁊ ita vapor. Inqt,quod vo mouet̃ moto.i.re quę mouet̃ cognoſci Heraclit⁹ arbitrat̃:q: ſimile nõ niſi ſili cognoſcit̃,hoc eſt primũ.deinde aſſumit 2^m,⁊ inqt. In motu aũt eẽ quę ſunt.i.res nãles:⁊ ille Heraclitus arbitrat⁹ eſt:⁊ cum eo cõplures alij.Ex his ſequitur res nãles nõ cognoſci,niſi re:quę mouet̃.quare cum nos res nõ niſi aia cognoſcamus:iure anima eſt res:quę ſemp mouet̃.talis aũt eſt vapor:aia igit̃ erit vapor.hęc Heraclit⁹. ¶ Hinc pꝫ aiam oia cognoſcẽ:⁊ eẽ id qd mouet,⁊ mouet̃.oia quidẽ cognoſcit ꝓncipalitate vaporis:q: eſt vapor,quo cũcta cõſtant: ⁊ fluxibilitate vaporis. naꝫ ipa ſemp fluit,vt vapor:quo res ꝯſtant ſemp in fluxu.quare duplr aia cuncta cognoſcit ꝓncipalitate vaporis,⁊ fluxibilitate:ſic eniꝫ rebus ſemp fluẽtib⁹ ſilis erit. eſt vo mota ⁊ mouẽs tenuitate vaporis:cui⁹ naturę ipſa eſt. ¶ Quo vo ad vba attinet:anathymiaſis gręce,latine nõ eodẽ modo interptat̃.naꝫ Biſantius exhalationẽ:alij euaporationẽ:alij halitum,interptantur.ego vo rem craſſiorẽ igne,tenuiorem aere aquaqꝫ intelligo:quaſi,vt Themiſtius inquit,ſpirabilem vaporeꝫ,ſiue calorẽ ſpirabilem:quo anhelamus. Reſumptio opionis. Aequoꝝ ꝯſideratio.

¶ Simili modo ⁊ Alcmaeon:de aia putaſſe videt̃.

Dicit enim ipſam immortalē eſſe:ex eo quia ſimilis ipſis imortalibus eſt.qđ qdem ideo dixit ipſi cōpetere:qꝛ ſemꝑ mouetur.mouenť.n.ꝛ res oēs diuinae ꝯtinue ſemꝑ:luna ſcꝫ/ſol/ſtellae/totūqꝫ coelū.

Tex.32. ¶ Similiter aūt his, ꝛ Alcmęon opinari viſus eſt de anima. Dicit enim ipſam imortalē eſſe,ꝑpter hoc ꝙ aſſimilať imortalibus.hoc autez ineſſe ipſi tanꝙ motę ſemꝑ. Moueri autē ꝛ diuina oīa continue ſemꝑ:lunam,ſolem,aſtra, ꝛ cęlum totum.

COMMENTARIVM.

¶ Alcmęon crotoniata,vt Themiſtius ingt cognomēto phyſicus,de aīa videť ſile dixiſſe ei:qđ Heraclitus dicebat.ꝛ non omni ex pte ſile:qꝛ dixit ſile:ꝛ diſſimile ei:qđ Heraclitus aiebat. Simile gdē,quo dicit ipſam ſemper moueri.Diſſimile vō:quo aīam fecit de natura cęli. Heraclitus aūt de natura vaporis. Ingt. Siliter autē his,ꝛ Alcmeon opinari viſus eſt de aīa.dicit enim ipſam immortalē eē,ꝑpter hoc ꝙ aſſimilať imortalibus.hoc aūt ait ineſſe ipſi tanꝙ motę ſemꝑ:ꝛ ſic dixit ipſam eē ſemꝑ in motu cuꝫ Heraclito.differt vō ab eo:quo ait ipſam eē immortalē de natura cęleſtiū.addit cuꝫ dixiſſe ꝛ diuina oīa cōtinue ſemꝑ moueri.ſ.lunam/ſolē/aſtra:ꝛ totuꝫ cęluꝫ: ꝛ ita anima cum ſit de illoꝝ natura ſemꝑ mouebiť.

Quid Ariſt. ſentiat. ¶ Aiaduertēdum ꝙ an aīa ſit principiū, vt oīa cognoſcat:Ariſtoteles non expſſit.tamē,ſiue ſit principiū, ſiue nō:dubio ꝓcul ipſa ꝛ oīa cognoſcit:ꝛ mouet moueturqꝫ ſemꝑ.Cognoſcit qdeꝫ oīa,quo ipſa ſemꝑ mouetur.nam ſimillima eſt cęleſtib⁹ ꝛ terrenis oībus in hoc:cum ꝛ cęleſtia,ꝛ terrena oīa ſemꝑ moueanť. Mouet vō ꝛ mouetur ſemꝑ:quo eſt de natura cęleſtiū.

Verboꝝ cōſideratio. ¶ Quo vō ad verba attinet.(aſtra)gręce eſt aſteras:latine nō aſtra: vt antiquę trāſlationes habēt:qꝛ aſtrum eſt ſignū ſiue cōgregatio ſtellaꝝ. Aſteres vō ſiue ſtellę nō niſi errones ſiue planetę itelligūtur:quę ſunt gnqꝫ Saturnus/Juppiter/Mars/Venus/ꝛ Mercurius. Lumina aūt duo.vꝫ.ſol,ꝛ luna. vniuerſum cęlum ſtellatuꝫ intelligit:qđ primum mobile putauit antiquitas.

¶ Quidaꝫ ꝛ magis importuni/animā aquam eſſe dixerunt:vt Hippo.qui qdem ad hanc ſententiam ratione ſeminis videtur eſſe cōpulſus:qꝛ oīum ſemen humidum eſt.etenim:redarguit eos qui ſanguinem animā aſſerunt/quia ſemen ſanguis nō eſt.hoc aūt: primam animam eſſe dicit.

Tex.32. ¶ Magis aūt rudium quidā ꝛ aquam enūciarunt:vt hippo.ꝑſuaderi enim viſi ſunt ex genitura:quoniaꝫ oīum humida eſt.etenim arguit ſanguinē dicentes eſſe animam:quoniam genitura non eſt ſanguis. Hanc autem eſſe primam animam.

COMMENTARIVM.

¶ Hippon cuꝫ thalete putās aquam eē oīum rerū pn̄ᵐ, argumēto ſeminis,qđ eſt rerum aīatarū pn̄ᵐ:ꝛ aqua ſiue humiduꝫ:aīam ipſam aquā eſſe tradidit. Reprehendit aūt eos:qui ſanguinē aīam eſſe aſſerūt:eo qꝛ ſemē ipſuꝫ nō ſanguis eſt:ſed prima quaſi aīa:ſanguis autē quaſi vita ſecūda:ſupponēs ſemē tanꝙ primū fundamētum vitę.vnde hoc inquit. Etenim arguit ſanguinē dicētes eſſe aīam:quoniā genitura ipſa ſiue ſemē ipſum non eſt ſanguis.hāc autēꝫ genitura aſſerēs eſſe primā aīam:ſanguinem vō quaſi ſcdam.

Verba ¶ Quo vō ad vba attinet,Ariſtoteles appellat hipponem de nūo φορτικωτέρων,phorticoteron,id eſt rudioꝝ,(vt nōnulli exponūt:aut importunioꝝ,vt alij:aut oneroſioꝝ,hoc eſt craſſioꝝ,nam craſſi pōderoſi atqꝫ oneroſi ſunt)qꝛ inter phōs nāles, vt ingt Simplicius,nō connumerať primo meta^ce.hunc enim negaſſe deum cōmemorat.hac ratione rudis,craſſus,ac importunus phūs vbiqꝫ dicitur.

Hippon negauit deos. ¶ Sūt ꝛ qui ſanguinē ipſam eſſe dixerūt/vt Critias: ſentire ipſum maxime propriū animae eſſe putātes. qđ qdem cōpetere propter naturā ſanguinis:crediderūt. Nam oīa aelemēta pter terram:iudicem habuerūt.hāc autem nemo tribuit aiae:niſi gs ipſam dixerit ex oībus aelemētis ꝯſtare/aut oīa eſſe.

Tex.32. ¶ Alij autez ſanguinē,quēadmodum critias ipſuꝫ ſentire aię maxime ꝓpriuni opinātes. hoc aūt ineſſe:ꝑpter naturā ſanguinis. Oīa enim ęlemēta pterꝙ terra iudicē acceꝑunt. Hāc enim nulli ꝓtulerūt,niſi ſi aliqs dixerit ipſaꝫ eſſe ex oībus ęlītis:aut oīa eſſe.

COMMENTARIVM.

¶ Critias etiaꝫ inter Rudes phōs/ſiue vnus de triginta exiſtens, vt Simplicius inquit:ſiue ſophiſta aliqs,dixit aīam ipſam eſſe ſanguinē argumēto ſumpto ab ipſo ſenſu:queꝫ quidē aīalibus ineſſe,ꝛ rebus cūctis dicebat ob naturā ſanguinis:cuius ſignuꝫ afferebat, vt Simplicius ſupplet,qꝛ quę in nobis carent ſanguine: vt oſſa:ſenſum nō hñt.Deinde Ariſtoteles remouet quādaꝫ dubitationē:poſſet enim qſpiam quęrē,cum Ariſtoteles narrauerit opinionē eoꝝ qui dixerūt aīam eē igneꝫ:ꝛ eoꝝ qui dixerūt aīam eē aerem:ꝛ eoꝝ qui dixerūt aīam eſſe aquā: cur nō narrauit eoꝝ pōnem:qui dixerūt ipſam eē terrā. Rñdet Ari^les phōs nō opinatos eē aīam eē aliqđ ęlītorum/niſi quatenus opinabanť ęlītuꝫ illud,qđ aīam eſſe poſuerūt:eē pn̄ᵐ rerum nālū. At nullus phoꝝ terrā ſolā poſuit eſſe reruꝫ nāliuꝫ pn̄ᵐ:niſi Heſiodus:qui nō connumerať inter phōs:cum fuerit, vt Auerroes ingt p̄ meta. diuulgatus in ponēdo leges. Poſuerūt aūt nōnulli terraꝫ eſſe rerū nālium ꝑncipiū vna cum cęteris ęlītis,vt Empedocles:qui poſuit quatuor ęlīta reruꝫ nāliū pn̄ᵃ: Parmenides terrā poſuit ſimul cum igne.nullus autez eoꝝ,qui inter phōs enumeranť:poſuit terrā ſolā:ꝛ ita nullus poſuit ſolā terrā eſſe aīam:ſed vel ipſam aīam ꝯſtare ex oībus ęlītis:vel ipſam aīam poſuit eē oīa ęlīta ſimul iūcta.ꝛ hoc ingt.Oīa enim ęlīta pterꝙ terra iudicē acceperūt:hoc eſt, vt Simplicius,exponit iudicātē vnū quoddā ęlemētū eſſe,ꝛ pn̄ᵐ,ꝛ aię ꝯuenire.nullus vō ſolā terrā,ꝛ qꝛ craſſa ꝛ imobilis eſt.vnde ingt Them.cętera quideꝫ ęlīta ſuos aſſertores,ꝛ hauraríos habuerūt/ſola terra ſectatorē nō inuenit,terrā nemo ſeorſum vel noiauit:niſi gs dixerit aīaꝫ ex oībus ęlītis ꝯſtare:aut ipaꝫ eē oīa ęlīta iſimul.ꝛ ſic per iudicē Themiſtius ꝛ Simplicius ſectatorē itellexerūt.ſ.eum qui dixerit ipam ſolā eē rerū nāliū pn̄ᵐ,ꝛ aiaꝫ.tali.n.aſſertore caruit terra:cętera nō caruerūt.nam ignis habuit aſſertorē/qui diceret ipm eſſe rerum principiū ꝛ animā:aer etiam habuit:ꝛ aqua: ſola terra hoc aſſertore caruit.

¶ Vt igiť in ſummaꝫ oīa redigamus/tribus his oēs aīam/motu/ſenſu/incorporeoqꝫ diffiniūt.

Tex.33. Agunt igitur ¶ Diffiniunt autē oēs aīam tribus, vt eſt dicere:motu,ſenſu,incorporeo.

Cōmētariū

COMMENTARIVM.

Anī Simpl. ꝛ Them. — ¶ Epilogat, nūc opiones phoꝝ reducendo illas p̄mo ad tres. oēs enī tribus ipſaꝫ nacti ſunt, aut motu, aut ſenſu, aut ipſo incorpeo. verū, vt Simpl. ait ꝛ Them. innuit, p̄mis duob⁹ ſenſu, ꝛ motu vere aiam nacti ſunt. nā, vt di cebaꝰ, aiatū ab inaiato duobus maxime differt motu, ꝛ ſenſu, qm̄ ſenſus ꝛ mot⁹ pp̄e aiatib⁹ rebus inſunt. Tertiū vo eſt poſtea attributū aīe. ſ. incorporeū, q2 viderunt ipſaꝫ eſſe p̄mobilē, ꝛ per totū p̄cedē corpus: quę incorporei ꝯditiones videnť. ¶ Quo vo ad vba attinet, verbuꝫ [auteꝫ] in antiqs trāſlationib⁹ nō mihi ſonat: qm̄ lra eſt epilogatiua. Ari.ᶜᵒ aūt cum epilogat, nō videť ipo [aūt] vti: ſed nota epilogationis. vꝫ. δή, qđ latine ſonat itaqꝫ: aut igr̃. quare opinor grecos codices: qui hñt δέ, eē corruptos: ſed puto eſſe legēdū δή, vt legūt boni interp̄tes. Per incorporeū aūt, vt Simpl. inqt, nō oino incorpeū eſt intelligēdū: ſed ſubtile corpus. naꝫ vt Them. innuit, ſubtiliſſimā aiaꝫ eē putātes: ſbilē incorpeū arbitrātes. — Verba

¶ Quoꝝ vnūquodqꝫ reduciť ad principia reruꝫ, vt patuit. Quapropter ꝛ ij qui cognitione diffiniunt aiam: aut aelemētum, aut ex aelemētis faciūt ipſam, ſiliter omnes p̄ter vnum dicētes. Inquiūt enim: ſimile ſimili ſibi cognoſci. atqꝫ cum vniuerſa cognoſcat ac percipiat anima: ex vniuerſis rerum principijs ipſam conſtare dicunt.

Tex. 33. ¶ Hoꝝ aūt vnūquodqꝫ reducitur ad principia: vnde ꝛ in cognoſcēdo definiētes: ipſam aut ęlementū, aut ex ęlemētis faciūt, dicētes ſiliter inuicem p̄ter vnū. Dicūt enim ꝛ ſimile cognoſci ſimili: quoniā enim aia oia cognoſcit: ꝯſtituūt eaꝫ ex oibus principijs.

COMMENTARIVM.

Collectanea text⁹ cō^{ti} 10ⁱ. ¶ Scḋm Simpliciū, quia Ariſt. cōparationē accepit, ꝙ ſicut pars ad partē ſe habet, ita totus ſenſus ad totū cor‑pus ſenſitiuū, addidit [ſm ꝙ huiꝰ,] id eſt ſm ꝙ viuens actu: poſſet inq̃ obijci Ariſtoteli, ꝙ cōparatio debet fie‑ri ad aliqḋ corpus/ nō actu viuēs: ſed potētia. ergo male cōꝑatio fiebat ad corpus ſenſitiuū, vt ſenſitiuū. ¶ Sol‑uit Ariſto. ꝙ potētia nō abijcit actū: ⁊ ſic vtroq̃ ſermo bonus. Inqt [autē] pro ſed/ potētia ens, vt viuat, eſt non abijciēs aīam: ſed hn̄s. ſ. aīam: qa (vt Themiſtius inqt) potētia capiṫ ibi: vt diciṫ in perihermenias. Si deus eſt, pōt ⁊ deus eſſe, vt dictū eſt cōmēto 8°. deinde aūt ⁊ fru‑ctus potētia huiuſmodi corpus eſt. i. nōdū viuit: ſed eſt potētia corpus viuēs. ¶ Sicut quidē igiṫ.] apponit ſm Simpliciū ꝯcluſionē rōnis Ariſto. inqt, quidē igiṫ ſicut inciſio reſpectu ſecuris eſt viſio reſpectu oculi, ⁊ vigilia actus. ⁊ per hoc vult hīc (vt Themiſtius inqt) ꝙ anima qñdoq̃ eſt actus ſcḋs. ⁊ aīa ſup. adhuc eſt, vt viſus po‑tētia organi. i. inſtrumēti. corpus aūt eſt qḋ potētia. i. vi‑uēs in potētia. ⁊ per hoc vult hīc, aīam eſſe actū primū qñq̃. ſed ſicut oculus pupilla ⁊ viſus, ⁊ ibi aīa ⁊ corpus aīal. hec eſt cōcluſio finalis plana rōnis, vt Simplicius inqt. ⁊ Themiſtius dicit ꝙ qꝛ aīa vtraq̃ ꝑfectiōe deſcri‑bitur (lꝫ pma diffuſius.) ideo appoſuit diffinitionē act⁹ primi ⁊ ſecūdi hic vt patet.

Comm^{ti} 10^{mi}. **Quia accepit.** Aliter Auer. exponit lr̃aʒ, ⁊ ideo pmo ꝓponit lr̃ę intētionē, ⁊ in‑quit, qa accepit in diffinitione aīę potētiā, quę dī quaſi ęquoce. i. quę diciṫ duobus modis. quoniā quēadmodū actus eſt duplex: pmus, ⁊ ſecūdus: ita potētia duplex: pri‑ma, ⁊ ſcḋa. Incepit declarare quā intētionē. i. quā ſpeciē potētię, intēdit, quādo dī viuētis in potētia, ⁊ cōplet de‑clarationē illius. ſ. pmę ⁊ ſcḋę ꝑfectionis, ħ modo decla‑ratiōis, a quo modo incepit. ſ. exēplariter. vult ergo hic Auer. ꝙ Ari. duo faciat. pmo declarat de qua ſpecie po‑tētię intēdit, cum dicit [viuētis in potētia.] Secūdo cō‑plebit declarationē. ſ. quid ſit actus pmus, ⁊ qd ſecūdus: ⁊ hoc via exēpli, ſicut fecit paulo ante. Et per hoc patet dīa huiꝰ expōnis, ab illa Simplicij: credo enim magis huic expōni: quoniā Ariſt. declarauit ſucceſſiue ſingulas particulā diffōnis, ideo opus erat declarare ⁊ hoc: ⁊ nō remouere. q. vt Simplicius inqt. ¶ Et cum dicimus in corpore, vt Auer. dixit, exēplo diſtinctionē potētię Ari. tradit, quēadmodū enim actus duplex eſt. ſ. pmus, ⁊ ſe‑cūdus, ita ⁊ potētia duplex: pma, quę. ſ. eſt ad actum p^{m}, vt ſemē ⁊ fructus: ⁊ ſcḋa ſicut aīal dormiēs. his enī exē‑plis duplicē illam ſpēm potētię Ari. nobis tradit. ⁊ ver‑ba Auer. patēt. ¶ Et cum demōſtrauit.] ꝓponit nūc in‑tētionē ſecūdę partis. d. ⁊ cum demōſtrauit hoc de potē‑tia, quę eſt pma ꝑfectio. i. ad pmā ꝑfectionē, exēplo ſup‑ple de ſemine ⁊ fructu, dedit differētiā inter iſtā, ⁊ potē‑tiā, quę nō eſt aīa in ſuo eſſe. i. apponit expoſitionē actus ſecūdi, ad quē eſt potētia ſcḋa. ⁊ incepit etiam declarare exēplariter differētiā actus pmi ⁊ ſecūdi, quēadmodū fecit. ¶ Et ſicut aſcindere.] oſtēdit qḋ ꝓpoſuit. ⁊ inquit, ſicut aſcindeṙ in ſecuri: ⁊ aſpicere in oculo, ſunt poſtremę: id eſt actus ⁊ ꝑfectiones ſecūdę iſtarū rerum, ita vigilia eſt poſtrema ꝑfectio aīalis ſenſibilis. ⁊ capit hic vigiliā vniuerſalr̃ pro omni actu ſcḋo, vt Simplici⁹ dixit ſup. [Et hoc] exponit Auer. d. ⁊ dixit hoc. i. iſtud exēplū: quia manifeſtū eſt, ꝙ ꝓportio aſciſionis ad inſtrumētū, quā‑do aſcindit, ⁊ aſpectus ad oculū, quādo aſpicit, eſt ſicut ꝓportio actionis ſenſuū ad aīal in vigilia. vigilia enim eſt vſus ſenſuū, ⁊ ſicut iſta diſpoſitio eſt poſtrema perfe‑ctio oculi: ſic vigilia poſtrema ꝑfectio aīalis. habeṫ ergo qd ſit actus ſecūdus, ⁊ quę potētia ad actū 2^{m}. ¶ Et ſi‑cut viſus.] exponit quid ſit actus pmus, ⁊ inqt, ⁊ ſicut vi‑ſus, quādo aīa nō vtiṫ ipo, diciṫ eſſe potētia qua oculus videt: ita dicimus q᷑ aīa eſt potētia qua aīal viuit, quan‑do aīal nō agit per illas actiones aīę: corpus autē aīalis: eſt id, qḋ recipit illā potētiā, aut v̓tutem illā. ⁊ diciṫ po‑tētia, qꝛ quādoq̃ agit, quādoq̃ nō. ⁊ diciṫ potētia in tpe in quo nō agit: ⁊ ſic patet qd ſit actus pmus: ⁊ ꝯſequēter qd potētia ad actū pmū. declarata ergo ſunt quatuor. ſ. qd actus pmus, qd ſecūdus, qd potētia pma, qd potētia ſecūda. ¶ Nūc vltimo declarat totū eſſe aīalis, ⁊ inqt, ſicut oculus eſt mēbrū. i. organū ⁊ viſus: ita aīal eſt aīa ⁊ corpus, ⁊ ponit expoſitionē: ⁊ patet.

¶ Dubiū eſt: quid ſit iſta potētia pma, ⁊ qd ſecūda potē‑tia. adhuc an vnū ſint, an diuerſa ſm rem. pmo aſpectu videṫ ꝙ ſint diuerſę realiter, quoniā ſunt in diuerſis ſub‑iectis. ¶ Adhuc potētię diſtinguūtur per terminos: ſed terminus potētię pmę eſt forma: ſecūdę eſt operatio, vt Auer. inqt. ſed actus pmus, ⁊ opatio diſtinguūtur: quare ⁊ potētię. ¶ Amplius potētia ad formā eſt eētialis: ⁊ potētia ad opationē eſt accidētalis, vt Auer. inqt 8° phy‑ſicoꝝ. cōtra Joā. grāma. ⁊ illa quoꝝ vnum eſt accidēs: ⁊ reliquū eſſentia, diuerſa ſunt re. igitur potētię illę diffe‑rūt re. ¶ Pręterea potentia eētialis ⁊ pma corrūpitur in aduētu formę, accñtalis remanet. ergo diſtinguṫ rea‑liter. ⁊ hoc argumēto vtiṫ Auer. pmo phyſicorū. ¶ In oppoſitū videṫ ratio, vnus re eſt actus pmus ⁊ ſecūdus, ſm Auerroim. ergo ⁊ vna re erit potētia vtraq̃. ¶ Po‑teſt dici, ꝙ potētia pma eſt potētia materię: ⁊ potētia ſe‑cūda eſt potētia actiua vel receptiua formę. modo dictū eſt potētiam materię eſſe idē ꝙ mā: ⁊ per ꝯſequēs potē‑tia formę erit idem ꝙ forma. modo forma diuerſa eſt a mā, ⁊ ſic potētia pma ⁊ ſcḋa diuerſa ſunt, quēadmodū forma ⁊ mā. poſſunt tamē dici vna potētia vnitate ordi‑nis qa ordināṫ ad vnū vltimū finē. ¶ Ad argumētū

(margins: Dubiū — Cōm. 4°. — Cōm. 32°. — Cōm. 20°. — Solutio)

eſt pn̄ᵐ vigilię, erit actus ſcđs. ğ per hec ſequiť aīaꝫ mor-talis corpis eē vtrūqꝫ actuꝫ. ¶ Et dicēdū, ꝙ cęleſtis aīa (Solutio)
bñ eſt vterqꝫ actus, ꝛ ęque eēntialr, qm̄ q̄libet illaꝝ ſub-ſtātiať per opationē: in deo.n. ꝛ q̄libet intelligētia idē eſt eēntia ꝛ ſua itellectio. ꝛ ſic q̄libet illaꝝ eſt ęque eēntialr actus ṗmus, ꝛ ſcđs. At aīa corpis mortalis cuꝫ nō ſit ſua opatio: nō .n. ſubſtātiať per eius opationē, ſicut ſbſtātiať per eēntiā ꝓpriā: quę eſt ṗmus actus, erit actus ṗmus ꝛ nō ſcđs. ¶ Sigs ğ vellet, poſſet dicere Ariˢ in h̄ textu (Epilogus text')
tria facere, qꝛ in pⁱa pte expoſuit qđ dixit in definitiōe aīę nuprime cōcluſę. In 2ᵃ pte epilogauit cōmuniſſimā aīę rōnē. In 3ᵃ ſuppleuit, ꝛ artauit illā definitionē ad ra-tionē minus cōem. ¶ Quo ꝟo ad ꝟba attinet, p ſomnū ꝛ vigiliā non ſolū habitū ꝛ opationē aīę ſenſitiuę intelli-git, ſed oium aīaꝝ. eſt.n. hoc poſitū vt exēplū oium, alio-quin ſolā aīaꝫ ſenſitiuā deſcripſiſſet. vnde per ſomnū ha-bitū, per vigiliā opationē itelligit vlr in omni aīa. Dixit ꝟo[In ipſo inexiſtē aīam ſomnus ꝛ vigilia īſunt] ꝓpter eoꝝ opinionē, vt Them. ingt, qui dixerūt aīam in corpe tūc ſtare, cuꝫ vigilat aīal. In ſomno ꝟo aīa vagať extra corpus, de quo Themiſtius, ꝛ Plinius.

(Queſtio) ¶ Quęriť vtrū aīa ſit act⁹ ṗmus. Videť ꝙ nō, qꝛ ipſa pñ-te ſemp nutriť corpus, imo hac aīa ab ope ceſſante, aīal eſt mortuū. ¶ Auer. dicit tria, ṗmo enim dicit, ꝙ act⁹ dī ęguoce de ſenſibili, ꝛ nutritiua, ꝛ per ↄ̄ñs vult ꝙ debeāt duab⁹ definitionib⁹ definiri, ſenſitiua q̄dē per actuꝫ ṗᵐ, vegetatiua ꝟo per actū 2ᵐ: ꝛ ſm̄ hoc, actus ṗmus nō dī de nutritiua. ¶ Sed hęc rñſio eſt cōtra oēs expoſitores ꝑſertim ↄtra Themiſtiū, ꝛ Simpliciū, ꝛ ↄtra rōnem, qꝛ lꝫ aīa nutritiua ſit ſemp in actu, non ꝓpter hoc ſequiť ꝙ ipſa ſit actus ſcđs. opꝫ.n. addē ſm̄ Simpl. vt ſit ſemp in actu, per quē ſubſtātieť: ſi per eēntiā dꝫ eē ſecūdus act⁹. ¶ Scđo dicit Auer. aīam hāc ceſſare ab eius ꝓpa opa-tione, vt ꝓbat argumēto quoꝝdā aīaliuꝫ, quę in hyeme nō comedūt, ğ nō nutriuntᷓ. ¶ In hoc etiā errauit, qꝛ lꝫ hęc nō comedāt, nutriuntᷓ ex multo flegmate, qđ ſuper-fluerat ex voracitate eoꝝ, dū comedebāt, vt Ariˢ ingt. ¶ Tertio dicit nō nocere, ſi in definitione accipiť actus indefinite, h̄ eſt ſm̄ vnā expōnē nō ↄ̄tus per actū ṗᵐ, ꝛ ſic velle videť nō eē addēdū ꝟbum ṗᵐ, ſi dꝫ eē definitio cōis oibus. ¶ Hęc rñſio recidit in errorē ꝑdictū. ſ. ꝙ nu-tritiua aīa nō ſit actus ṗmus, etiā ſi diſiūctiue legať: act⁹ ſcilꝫ ṗmus vel ſcđs, recidit: qm̄ ſm̄ hāc expōnē etiaꝫ pri-mus act⁹ nō diceť de nutritiua, qđ eſt falſuꝫ. Nōnulli fu-giētes dixerūt aīam nutritiuā non ſemp eē in opatione, qꝛ non in ṗmo momēto, quo ipſa in corpe gñať: dať eniꝫ ṗmū de q̄libet gñato. ¶ Qđ friuolū eſt, qꝛ lꝫ aīa in ṗmo momēto ſui eē nō nutriret, tñ nō eſt dare aliqđ tēpus, in quo ipſa vacet ab opatione, qꝛ ſaltē imediate poſt h̄ nu-triet, ꝛ ſic nullū erit tēpus in quo nō nutriet. ꝑ. Hoc eſt fuga, ꝛ Auerroes hęc friuola nō ꝓſpicit potiſſimū, quia ſm̄ ipm̄ etiā nutritionis dabiť ṗmū. ¶ Quare dicamus ſm̄ Simpliciū actū ṗᵐ eē, cuius ſuba nō ſubſtātiať per opationē: actū ꝟo ſm̄ opationē quę ꝓficiſciť ab illa for-ma. Ex quo ſeqť, ꝙ aīa cęleſtis nec eſt ṗmus act⁹ tm̄ nec ſcđs tm̄: ſed eſt vterqꝫ. Aīa ꝟo mortaliū ois eſt actus pri-mus, qm̄ nulla ſubſtātiať per eius operationē. nec valet aīa nutritiua eſt ſemp in opatione ğ eſt actus ſcđs. naꝫ lꝫ ſemp ſit in opatione, ſua ſuba nō eſt ſua operatio. ¶ Ex q̄bus pꝫ error Auerrois, qui arbitrať eādē rem eē actuꝫ ṗᵐ ꝛ 2ᵐ. Primuꝫ q̄dē vt pnᵐ ꝛ habit⁹, 2ᵐ ꝟo vt operās. ¶ Salua pace hoc nō eſt verū. Ariˢ enim nō aīaꝫ ope-rantē, ſed opationē dicit ſm̄ actū. modo aīa ꝛ ſua opatio valde differūt. Sic igiť pꝫ nutritiuā eſſe actū ṗᵐ, qꝛ eius ſuba nō eſt eius opatio: vt Simplicius dicit, vel qꝛ ipſa differt ab eius operatione, quę eſt actus ſecūdus. ꝛ ſic lꝫ ſemp ſit in opatione, ipſa differt ab opatione.

¶ Altera aūt alteram in eodem ſciētia inqꝫ ↄtēpla-tionem: gñatione ꝑcedit. Quapropter aīa: primus eſt actus ꝑfectioqꝫ corporis nālis potentia vitā ha-bentis. ꝛ talis plane: vt partes ipſius ſint inſtrumē-ta. Enimuero partes quoqꝫ plātarū inſtrumēta ſi-ne ↄtrouerſia ſunt: q̄uis videātur penitus ſimpli-ces eē. eius enim qđ circa fructuꝫ eſt tegmen eſt fo-lium: ꝛ fructus etiā illud. radices ꝑterea: viceꝫ ſub-eunt oris. vtrinſqꝫ nāqꝫ: trahiť alimētum.

¶ Prior autē gñatione in eodem ſciētia eſt.
Unde aīa eſt act⁹ primus corporis phyſici (ꝓpterea)
potētia vitaꝫ habētis. tale aūt, quodcūqꝫ eſt (qđ vtiqꝫ eſt organicum)
organicum. Organa aūt ꝛ plātarum partes
ſunt: ſed penitus ſimplicia, vt folium fructi-
feri coopimētum, fructiferum autē fructus.
Radices ꝟo ori ſimiles ſunt: vtraqꝫ enim (ꝓportionaliter)
trahunt alimentum.

¶ Adhuc etiam videť 2ᵃᵐ rōneꝫ adduceᷓ, ꝙ aīa ṗmus ſit actus, ꝛ ſm̄ veteres in hunc moduꝫ cōponiť: ois forma prior gñatiōe in eodē eſt ſcia. i. eſt actus ṗmus. apponas minorē: ſed aīa eſt prior gñatione. Tūc ↄcluſionē adiun-xit. d. vnde. i. ergo aīa eſt actus ṗmus corpis phyſici po-tētia vitā habētis. ↄcluſio textus erat. ergo aīa eſt actus primus. addit autē reſiduū, nō vt ↄcluſio ſequēs ad hūc ſyllogiſmū: ſed ad reliquos factos iaꝫ. (Collectanea text' cō 6)
¶ Dixit in eodē, vt Simplicius ingt, qm̄ in gñatione oportet aliud q̄dā ꝑfectuꝫ ꝑexiſtē: ex quo in alio impfectū: vt ſemē ex tam ꝑfecto gñante ipſum aīali: ſed in eodē impfectius prius. ſemē enim ṗus, deinde embrio, poſtea animal. ¶ Tale aūt.] Uult addere alterā particulā. ſ. organici: ꝛ videť cō-ponere ſyllogiſmū ſic apud veteres, aīa eſt actus corpo-ris phyſici, potētia vitaꝫ hñtis: corpus vitā habēs potē-tia organicū. ergo aīa eſt actus corpis phyſici, potētia vi-tam habētis organici. huius ergo tm̄ minoreꝫ accepit di-cēs. ¶ Tale aūt qđcūqꝫ.] id eſt ſed tale. ſ. corpus habēs vitā potētia qđcūqꝫ organicū: ꝛ tūc ſuppleas cōcluſionē ꝑdictā. ¶ Organa aūt ꝛ plātaruꝫ.] qꝛ anima plātarū eſt actus corpis phyſici habētis vitā potētia organici: ꝛ cor-pus eius videť ſimplex: ideo ꝓbat ꝙ ptes plātaꝝ: nō ſo-lum iuuāt eis: ſed ꝙ ſint tanqꝫ organa aīę, ꝛ h̄ ingt [aūt] pro ſed. plātarū partes organa ſunt: ſed penitus ſimpli-ces. i. non ita diuerſę, ſicut organa aīalis. ꝛ oſtēdit hoc. d. vt foliū eſt coopimētum fructiferi: fructiferū aūt fruct⁹, ſup. gr̄a eſt. radices ꝟo ori ſiles ſunt: vtraqꝫ.n. radix, ꝛ os trahūt alimētū. ergo pꝫ vlr: ꝙ ois aīa actus ṗmus eſt corporis phyſici habētis vitā potētia organici.

Cum declarauit. Ponit intētionē lr̄ę, ꝛ ↄti-nuat ad dicta. ꝛ ſermo pa-tet. deinde ibi [Et dixit ꝛ ſciētia.] exequiť ꝛ ſermo patet adhuc: dicit tñ hęc verba, ꝛ eſt ſm̄ ꝙ eſt organicū: ita ce-cidit in ſcriptura locus alius. i. lr̄a altera ſic: ꝛ eſt corpus ſm̄ ꝙ eſt organicū. i. corpus vitā habēs in potētia eſt ṗᵐ corpus organicum. ¶ Alia cōmēta habēt ſic: ita cecidit in ſcriptura locus albus, ꝛ eſt corpus ſm̄ ꝙ eſt organi-cuꝫ: ꝛ tūc vult dicere ꝙ in lr̄a gręca loco iſtius verbi re-periebať locus albus. i. charta vbi nihil erat ſcriptū, vbi tamē debet ſtare ſic vt dixit: reſiduus ſermo eſt manife-ſtus. igiť ꝛc. ¶ Debes ſcire Themiſtiū h̄ diffinitionē aīę diligēter ꝑſtringere: eſt enim declaratū ipſam eē primā (Comᵐ 6ᵐ)
ꝑfectionē

perfectionē corporis:corpus aūt duplex:nāle ⁊ nō natu
rale:⁊ nāle duplex,viuū,⁊ nō viuū:⁊ viuū qōlibet orga
nicum:quare aīa cum ſit pfectio pma corporis,⁊ nō arti
ficialis.ergo phyſici:⁊ nō nō viui.ergo viui:⁊ non nō or
ganici.ergo organici:⁊ ſic abbreuiat hanc.vide:qꝛ multa
Dubitōnes dicit. ❡ Occurrūt duę ambiguitates Simplicij.pᵃ cir
ca minorē pmę rōnis:qua Ariſto.pbat animā pmū eſſe
actū.dicebat enim in minori:ſed aīa eſt prior gñatione ⁊c.
Obycit Simplicius,quoniā aīa nō eſt genita.quō ergo
Ariſto.eā priorē gñatione aſſignauit. ❡ Scda eſt:quo
niā ſi omne corpus vitā habēs potētia,organicū:⁊ ecō
tra:altera partiū ſupuacat oīno.cur ergo appoſuit ⁊ alte
ram. ❡ Ad pᵐ Platonici inquiūt qꝫ genitū pōt capi du
pliciter.Uno modo pro eo qō accipit eſſe ⁊ poteſt nō eē
vi agētis nālis.Scdo modo pro quacūqꝫ inouatione re
ſpectiua.pᵒ modo aīa nō innouatᷣ:ſed bñ ſcdo modo:qꝛ
corpi aduenit. ❡ Obycit ⁊ huic Simplicius:qꝛ Ariſt.
nō vt Plato gñationis noīe vtiᷣ:ſed vtiᷣ in qñqꝫ exiſtē
Cōm.iii°. tibus,vt pmo de Cęlo ingt.⁊ vide Auer.in cōmen.illius
textus. ❡ Alij,vt videᷣ,dicūt qꝫ dꝫ intelligi ſm opatio
nē:qꝛ lꝫ ipſa aīa ſm eēntiā,⁊ ſubſtātiā ſit ingenita,ta
men gñabilis eſt ⁊ corruptibilis ſm opationē,⁊ pfectio
nē:qō manifeſtū in humana aīa:⁊ vexata ⁊ impedita in
terdū.Et hec ſolutio videᷣ Auerrois in cōmēto. Inquit
enim ipſe,⁊ pfectio quę eſt quaſi ſciētia pcedit in eſſe in
diuiduo 2ᵃᵐ pfectionē quę eſt quaſi ſtudiū. ❡ Cōtra hoc
obycit ⁊ Simplicius auctē Iāblici,qꝛ ex impatibili ⁊
pfecta ſubſtātia,nō dꝫ puenire gñabilis,⁊ puerſa opera
tio.cum igiᷣ aīa ſit impatibilis ſubſtātia ⁊ pfecta: quare
nō patibilis ⁊ generabilis impfectaqꝫ opatio proueniet.
❡ Aliter ⁊ Simplicius ait,ipſam eſſe mediā inter eter
nam ⁊ genitā ſubſtātiā:⁊ ideo ſm partē corruptibilē,⁊
ſm partē eternā habet eēntiā: ſed hoc nihil eſt:quoniā
tūc hoc nō eēt verū niſi de aīa hōis:⁊ ſic Ari.incideret
in id,qō ꝯtra antiquos induxit.loquētes enim de aīa,ſo
lū de humana viſi ſunt intēdē. ❡ Ideo aliter,vt Auer
rois ingt in cōmēto dicas,nec incōuenit ex ipatibili ſub
ſtantia genitā venire opationē ⁊ in ad aliud abire:quare
vlr̄ diffinitio eſt omni cōpetēs aię,ſi vt Auer.inquit,
exponiᷣ. ❡ Ad 2ᵘᵐ optimā Simplicius apponit ſol.qꝫ
aīa duplr̄ cōparaᷣ ad corpus,vt ipſum pficiēs:⁊ vt ipſo
vtēs:⁊ ideo aīa duplr̄ eſt actus corpis.ſ.pficiēs:⁊ vtens:
⁊ hęc duo notās Ari.dixit aīa eſt actus viui.ſ.vt pficiēs.
addit ⁊ organici,vt ſcdā inſereret cōditionē:⁊ ſic lꝫ equa
lia ſint ambitu,reſpectu vō ſunt diuerſa:vt inquit Sim
plicius ⁊ ſubtiliter.

COMMENTARIVM.

Auerroes exponēs textum hunc,vult qꝫ poſtqꝫ Ariˢ declarauit,qꝫ genus animę eſt actus,qui eſt quaſi ſciētia,⁊ habitᵘˢ in ſciēte,qñ nō vtitur ſciētia,id eſt poſtqꝫ declarauit qꝫ aīa eſt actus primus, incepit narrare qꝫ talis pmus actus pcedit 2ᵐ in eē,hoc in pma pte. In 2ᵃ parte,[vnde aīa] ex hoc narrato vult qꝫ Ariˢ inferat,qꝫ in definitione aię dꝫ addi hāc particulam.ſ.pmus,hoc modo aīa eſt actus pmus:hęc Auer. ❡ Ex qbus patet Auerroem velle,qꝫ Ariˢ narret eū actū,qui eſt aīa,eſſe pmū,quatenus pcedit 2ᵐ in eſſe:⁊ narrat,vt cōplaceat definitionē. ❡ Hęc Auerrois expoſitio vbis applicari nō pōt,nec ea expoſitio,quā dedimus in collectaneis,ideo dicamus,qꝫ poſtqꝫ Ariˢ ſumpſit aīam eſſe actū pᵐ,quia dixit eam eē ſicut ſciētiam,⁊ nō ſicut contēplationē.⁊ nō declarauit,qua primitate ſit actus pmus,ideo nūc exponit,qua pmitate aīa eſt actus pmus,⁊ facit,vt mihi videᷣ,quattuor in hoc textu: qꝛ Primo facit hoc.2ᵒ ibi[Unde aīa.]ex declaratiōe huius re petit,atqꝫ epilogat dictā definitionē.3ᵒ ibi[Tale autem qōcūqꝫ.]Ex altera pticula poſita in definitiōe venaᷣ alterā,⁊ hoc,vt cōem aię definitionē pfectam colligat.4ᵒ ibi[Organa autē ⁊c.]remouet quādam dubitationē,quę emergit ppter pticulā nuprime additā:vt oſtēdat quaſi exēplo,qꝫ definitio ſic completa,oībus aīabus cōpetit. ❡ De pᵃ ergo pte ingt,prior aūt gñatione in eodē ſciētia eſt ſupple ꝗ ipſa ꝯtēplatione,⁊ ſic vult hic ea primitate aīā eſſe actū pᵐ atqꝫ priorē ſua opatione,quę diciᷣ ſcdˢ actus,qua ſciētia ⁊ habitᵘˢ eſt prior ꝯtēplatione,quę pēdet ab ipſa ſciētia.ergo vult hic aīam eē actū pᵐ pmitate gñationis. De 2ᵃ pte ingt,vnde aīa eſt pmus actus corpis phyſici potētia vitā habētis.De tertia pte in qua ex altera pticula venaᷣ alterā.ex eo enim qꝫ aīa eſt actus corpis viuētis,venaᷣ qꝫ ſit actus corporis organici:⁊ inquit,tale aūt.ſ.corpus viuēs in potētia quodcūqꝫ eſt corpus organicū:⁊ ſic ſi aīa eſt primus actus corpis phyſici viuētis in potētia,erit ppter hoc,actus pmus corporis phyſici,potētia vitā hñtis,organici. Ex altera ergo particula venatus eſt alterā,⁊ cōpleuit definitionē cōmunē. De 4ᵃ vō parte,remouet dubiū,qꝛ nō videᷣ hęc definitio ſm particulā illā nūc additā,qꝫ cōpetat aię plātarū, nō enim plāta,cuius aīa vegetatiua eſt actus,organicū corpus videᷣ,cū ptes ſint penitus ſimplices, Hāc ergo dubitationē remouens,oſtēdit quaſi exēplo qꝫ definitio ſic cōpleta cōpetit oībus aīabus,ſi enim cōpetit aię plātę,de qua minus videᷣ,oībus debet cōpetē:ingt,ſed plātarū partes ſunt organa plātarū,verū ſunt penitus ſimplicia,qꝛ nō ita difformia,ſicut ſunt organa aīalis.Exponit aūt exēplo,quō partes ſunt organa,⁊ ingt,vt folium fructiferi.ſ.eius partis,quę emittit fructū eſt coopimentū,⁊ ita foliū cōparatur capillo tegēs caput,ne ledaᷣ a calore,vel frigore,vt dicit Theophraſtus. Fructiferum aūt eſt coopimētū fructus,veluti coriū,vt qdā dicūt. Qō enī erat pmo germen fructᵘˢ,poſtea dilataᷣ ad modum corij. ❡ Aliter legit Themiſtius hūc locum,⁊ qdē
fidelius. Per pericarpion enim intelligit pulpem,quā, pericarpion
vulgares oculum appellāt,⁊ eſt illa pars,vnde pullulat fructus:quęqꝫ dici poteſt fructiferū a ferēdo fructū,tūc vult qꝫ foliū ſit gratia fructiferi,quia vt illius coopimētum. Pulpis vō ſiue fructiferū eſt gratia fructus,nō,vt illius coopimētū,ſed vt germen grā eius,qō ex ipſo ſit, qꝛ vt Themiſtius exponit,pericarpion hoc eſt pulpes, ſiue fructiferū appello,itra quas conditū eſt ſemē. Fructum vō genituram ipſam.ergo in plāta ſunt folia,⁊ pericarpion,hoc eſt fructiferū ⁊ fructus,foliū eſt gratia fructiferi,vt illius coopimētū. Fructiferū vō gratia eſt fructus,quia intra ipm conditᷣ fructus. Fructus vō eſt ipſa genitura.inſup etiā inſunt alię partes in plātis ſilēs organis in aīalibus,quia radices ſunt ſilēs ori.vtraqꝫ enī trahūt alimētū,radices a terra,os a cibis. Poſſunt adhuc ⁊ alia organa in plātis notari,ſed hęc ſufficiant. Patet ergo bene eſſe additū organicū,quia omne viuēs eſt
organicū. ❡ Quo vō ad verba attinet,Ariſtoteles dicit Verboꝝ cō
actū pmū eſſe priorē gñatione[in eodē,]quia vt Sim ſideratio.
plicius ingt,reſpectu diuerſoꝝ eſt poſterior. Actus enī pmus corpis rei genitę prior eſt gñatione opatione,quę pficiſcitur ab illa re mediāte pmo actu.eſt tamē poſterior actione,ſiue actu ſcdo agētis,a quo talis pmus actᵘˢ in tali corpore factus eſt. Aīa enī cuiuſdā equi prior eſt in corpore equi illius,cuius eſt aīa,opationibus omnibᵘˢ equi.nō tamē eſt prior opationibᵘˢ equi,qui eum genuit: quia facta eſt ab opatione equi gñantis. Pręterea cum dicit[vnde aīa.]particula illa[vnde]nō infert pciſe totū illud ab illa declaratione,ſed ab oībus alijs,quę pdixit

in alijs teſtib⁹: q̄re potius epilogatiue tenet̃, q̄ʒ illatiue:

p̄ᵐ dubiū ¶ Sed circa hęc dubitat̃ p̄mo, q2 nō videt̃ vl'iter φ aīa ſit actus p̄mus p̄mitate gn̄ationis / quia lʒ de ſenſitiua, et vegetatiua eſſet verū / de intellectiua nō eſt verū. Intellectiua enim aīa nō per gn̄ationē acceſſit ad corpus / ſed extrinſecus accedit. ergo nō pōt eſſe gn̄atione prior ſua opatione.

2ᵐ dubiū ¶ Secūda dubitatio eſt, q2 ſi omne organicū eſt habēs vitā / ⁊ ecōtra, ergo fruſtra addit̃ altera particula iſtaꝝ.

p̄ᵃ ſol. ad p̄mum. ¶ Simplicius diſputādo p̄mā dubitationē. Primo dat vnā reſpōſionē Platonicoꝝ qui vtētes verbo gn̄atione cōiter, oēm nouā p̄ductionē appellarūt generationē.

Cōfutatio Simplicij ¶ Cōtra hāc r̄ſionē obijcit Simplicius, q2 lʒ hoc ſit Platonicū: Platonici enim gn̄ationē etiaʒ pro ipſa creatione acceperūt: nō tamē eſt ꝑipathetīcū, quia vbiqʒ Ariſtoteles gn̄ationē accepit in his, quę interduʒ q̄ndē ſunt, interdū auteʒ nō. Modo intellectiua aīa nō ſic gn̄atur.

2ᵃ ſolō ¶ Alij dixerūt, φ lʒ aīa intellectiua nō ſit generabilis neqʒ corruptibilis ſm̄ eſſentiā, eſt gn̄abilis, et corruptibilis ſm̄ opationeʒ: quia in me incipit opari de nouo, vbi prius nō operat̃, ⁊ ſic pōt denoīari genita, vel corruptibilis nō quo ad eſſentiā, ſed quatenus pōt aliqs denoīari incip̄e eſſe itellectiuus.

Cōfutatio ¶ Cōtra obijcit Simplicius auc̄te Jamblici, q2 hęc reſpōſio ſupponit falſuʒ: ſupponit enim intellectiuā animā eſſe ingn̄abilē ⁊ incorruptibilē ſm̄ eſſentiā, ⁊ φ eius opatio ſit gn̄abilis, ⁊ corruptibilis, qđ falſum eſſe aſſerit Jamblicus. Dicit enim fieri nō poſſe vt aliquid ſm̄ eſſentiā nō ſit gn̄abile, neqʒ corruptibile / cuius opatio eſt corruptibilis.

Solutio Simpl. ¶ Tādem Simplicius aſſerit animā itellectiuā eē partim ęternā, partim gn̄abileʒ ⁊ corruptibilē / ſm̄ intellectū q̄dem arbitrat̃ eē ęternā a parte ante, ⁊ a parte poſt: ſm̄ ỽo parteʒ, quā habet ex ſemine, aſſerit eſſe corruptibilē ⁊ genitam. Simplicius enim fuit in hoc errore, φ hoīs aīa eēt dianoetica. i. cōpoſita ex p̄te intellectiua ęterna, ⁊ parte ſenſitiua p̄ſtātiſſima: ęterna pars eſt itellect⁹ apud ipm̄, genita ỽo eſt ſenſitiua hoīs: ⁊ oīs illa pars aīę, quę fuit per gn̄ationē. ¶ Et lʒ hęc poſitio poſterius declarabit̃, ⁊ reprobabit̃. tn̄ nūc falſa eſt, q2 impoſſibile eſt ex ęterno, ⁊ corruptibili fieri vnā for^ā alicuius corpis.

Solō p̄p̄a ¶ Propterea dico φ oēs reſpōſiones, quas reprobauit Simplicius, poſſunt defendi: nā Ariſtoteles nomē gn̄ationis etiā ad creationē aliquādo diffundit, vt Auerroes notauit p̄mo libro de Cęlo / vbi dicit Ariſtotelē remouere ſolū a cęlo gn̄ationē, quę eſt ſm̄ vulgares, non aūt gn̄ationem que eſt ſm̄ ſapiētes, que eſt creatio: hac enim cęluʒ eſſe genitū nō negat Ariſtoteles ſm̄ Auerroem. Comē. 20ᵒ.

Tex. 16. 111. Pręterea Ari^{ſ} eodē p̄mo de Cęlo, inq̄t ſil'i rōne ⁊ ipſum genitum. Uno q̄dē modo dicit̃, ſi aliq̄d ſit poſterius, qđ p̄us nō erat, ſiue per gn̄ationē, ſiue ſine gn̄atione ſit, interdū q̄dem ens, interdū ỽo nō ens, vbi Auerroes aſſerit gn̄ationē hoc modo eſſe inceptionē alicuius, qđ p̄us erat nō ens, poſtea ens ſine cauſis gn̄ationis. ergo creatio pōt dici gn̄atio: ⁊ ſic p̄ma reſpōſio pōt ꝯuenire ỽbis ⁊ opinioni Ari^{lis}. ¶ Secūda etiaʒ pōt defendi: q2 poſſumus dicere aīam eſſe ęternā a parte poſt, cuius etiaʒ opatio eſt ęterna a parte poſt: verū ſicut ipſa intellectiua aīa nō eſt ęterna a p̄te ante: ita nec eius opatio. Pręterea auctoritas Jamblici eſt vera de p̄ma opatione: nō aūt de ſc̄da. modo p̄ᵃ intellectiuę aīę opatio eſt ęterna eo modo, quo

Alia ſolō ipſa aīa eſt ęterna: nō oportet eſſe ita de ſc̄da. ¶ Siquis tamē vellet poſſet dicere, φ ỽba Ari^{lis} ſunt intelligēda hypothetice, q2 ſi intellectiua aīa gn̄aret̃, ipſa p̄us gn̄atione eēt ſua opatione, quę eſt actus ſc̄ds. nec hoc videt̃ extraneuʒ. nā Ariſtoteles dixit cauſas eē prius notas naturę, quę tamē nō cognoſcit. Sed dicunt̃ notę hypothetice, q2 ſi cog̃ſceret, vtiqʒ cauſę eſſent prius notę, vt Auer. expoſuit. ¶ Sc̄daʒ dubitationē optime in collectaneis declarauimus.

¶ Expoſitor hic aſſignat cām φ aīa ſit act⁹ corporis organici / ex eo, q̄ eſt p̄fectiſſima formarū corporaliū: q̄ enim eſt p̄fectiſſima, eſt p̄ncipiū diuerſaruʒ opationū, quę perfici nō p̄nt, niſi diuerſis organis, ergo aīa eſt actus corpis organici. ⁊ intelligit per aīam, nō tn̄ intellectiuā / q̄ itellectiua eſt p̄fectiſſima formarū, ⁊ aīarum corporaliū: ⁊ ideo ipſa eſt actus corpis magis organici. Uult igit̃, φ quia cōiter oīs aīa eſt p̄fectiſſima formarū corpaliū, ideo eſt p̄ncipiū diuerſaꝝ opationū, quę p̄fici nō poſſunt niſi diuerſis organis, ⁊ ita oīs aīa cōmuniter eſt actus corpis organici. Formę ỽo, quę non ſunt aīę, cum nō ſint p̄ncipia plurīū operationū: ideo nō ſunt actus corpoꝝ organicoꝝ. Quę diuus Thomas.

¶ Sed ꝯtra hāc cauſam primo dubitat̃, q̄ pari rōne cęleſtis aīa deberet eſſe actus organici corpis, eſt eniʒ nobilior aīa cęteris. ¶ P̄. Si q2 p̄fectiſſima formaꝝ, deberet habere plures opationes, ⁊ deus, qui eſt oīum formaꝝ p̄fectiſſima, deberet hic plures opationes. Dubōnes

¶ Res hęc 2ᵒ libro de cęlo ſatis diſputata eſt, nūc ỽo pro mēte Ariſtotelis ſit ſatis accip̄e, φ aīa eſt actus corpis organici, q2 obſeruatio docet aīaʒ oēm, quę eſt mortalis corpis actus, eſſe p̄ncipiuʒ plurīū opationum: quę p̄fici nō poſſunt eodeʒ inſtrumēto. Cur ỽo aīa ſit tale p̄ncipiū / ⁊ cęterę formę nō / Ariſtoteles nō p̄bat hic, ſed ſumit exemplo plātaruʒ: in q̄bus aīa exercet ſuas opationes diuerſis iſtrumētis, de qua aīa minus videt̃. Aſſignare ỽo cām p̄poſitum trāſcēdit. Expōne tex⁹ cōmē. 66.

¶ Si igit̃ cōmune quid de omni aīa ſit dicēduʒ: ipſa p̄fectio prima p̄muſqʒ act⁹ eſt corporis naturalis / cuius partes ſunt inſtrumēta. Jdcirco nō quaerere oportet / ſi vnū ſit aīa atqʒ corpus: ſicut neqʒ ceram ⁊ figurā / neqʒ oīno materiem cuiuſqʒ ⁊ id cuius materies eſt. nam cum vnū ⁊ eſſe multifariā dicat̃: act⁹ eſt id qđ p̄prie vnum eſt / atqʒ proprie eſt.

¶ Si autē aliqđ cōmune in omni aīa oportet dicere, erit vtiqʒ primus actus corpis, phyſici, organici. Unde ⁊ nō oportet quęrere, ſi vnum ſunt aīa ⁊ corpus: ſicut neqʒ ceram ⁊ figurā: ⁊ oīno vniuſcuiuſqʒ mā, ⁊ id, cuius eſt mā. Unū enim ⁊ eſſe, cum multiplex ſit, quod proprie, actus eſt. proprie p̄ncipalr

¶ Quaſi nūc ex oībus his aīę diffōneʒ cōcludit: ⁊ inquit. [Si igit̃ aliqđ cōe in omni aīa oportet dicere: erit vtiqʒ p̄mus actus corpis phyſici organici.] Collectanea tex⁹ cōⁱⁱ 7ᵒ. ¶ Sed Ariſt. videt̃ cōmittere fallaciā ꝯńtis. nō enim omne aīę cōmune eſt actus corpis ⁊c̄. modo a toto vl'i ad partē fallacia cōmittit̃, vt Topicoꝝ 2ᵒ docuit. ¶ Adhuc lōgo ſermone oſtēdit oēm aīam eſſe actū p̄mū, cur ⁊ modo ſub ambiguitate id p̄ferī. Rurſum cur modo potētia viuētis dimiſit, ⁊ ſupius id eſſe neccīum ei fecit perſpicuū. ¶ Quo auteʒ his q̄ōnibus ſatiſfaciēdū in fine relinquat̃ cōmēti expōnis. ¶ Unde nō opʒ quęrere.] vetuſtiſſimi animā corpus eſſe nō dubitarūt: vt Democritus ⁊ Leucippus eā ignem. Adhuc Pythagorici aīam ꝯgregatū ex corpuſculis ferūt eſſe. Adhuc ⁊ Empedō. ex elītis aīam ꝯſtare: ⁊ per ꝯn̄s eam corpus eē. Adhuc Anaxagoras aīam corpus rotūdum dicit eē: aliud intellectū ⁊ aīam exiſtimās. Adhuc Diogenes aerem cenſuit ipam. Adhuc ⁊ aquam Hippo. inq̄t. Critias ſanguinē. ¶ Ulterius debes ſcire vetuſtiſſimos nō cognouiſſe, niſi mām. p̄pter qđ formā in mām incidē dicūt / quēadmoduʒ ⁊ Ari. inq̄t in meta^{ca}.

¶ Ulterius

¶ Ulterius debes ſcire aliqua dici vnum dupl'r vnitate
idẽtitatis/ꝛ eſſentię, ſicut tunica ꝛ veſtis: ꝛ vnitate vnio/
nis, ſicut cera ꝛ figura. Jnqt ergo diuus Albert⁹. ꝙ quia
Ari. diffõnẽ aię cõem accepiſſet, quodãmodo correlarie
cõducit petitõ antiquoꝝ pdictũ, eſtimãtiũ aiam corpus
eẽ, ꝛ inqt. Unde nõ opz querere ſi aia eſt vnũ ꝛ corpus.
loquit̃ de vnitate idẽtitatis. i. ſi idẽ. ſicut neq; opz quęre/
re an cera ſit figura: neq; oino mã vniuſcuiuſq;, ꝛ id cui⁹
mã. vult dicere ꝙ neq; queri dz tanq̃ laborioſum am/
plius: an aia ſit corpus ꝛ forma mã: quẽadmodũ ex di/
ctis pz, ꝛ inqt, vnũ enim, ꝛ eſſe cum multipl'r. i. analogice
dicant: qd̃ ꝓpe. i. per eſſentiã, ꝛ per ſe eſt ens, ꝛ vnum ens/
eſt actus. id autẽ qd̃ eſt participatiue ꝛ tanq̃ ſubiectum
recipiẽs/eſt materia ꝛ corpus.

Com^m 7^m. Cum declarauit hoc. Tres fiebãt ambi
guitates in textu.
pmaz abſoluit Auerrois. d. Si igit̃ poſſibile eſt eẽ aliqd̃
cõe. i. ſi eſt aliq̃ diffinitio cõis amplectẽs oẽs ſpẽs aię: ec/
ce qd̃ ibi nõ intelligit per cõe qdcũq; vle: ſed cõe eẽntia/
le ꝛ diffinitiuum, ꝛ ſic Ariſt. nõ cõmittit fallaciã ↄñtis. ꝛ h̃
ꝛ Themiſtius inqt. vide. ¶ Scdam ſoluit ibi | Et indu/
xit hunc ſermonẽ in forma. | ꝛ vult ꝙ ideo induxit ſub
cõditione | ſi | ꝓpter aiam itellectiuã quę videt̃ aia, ꝛ nõ:
vt Auer. oſtẽdit. ¶ Et tu debes ſcire ꝙ diuerſimode aia
itellectiua eſt actus corpis: ꝛ diuerſimode alię aię apud
ipm. aia enim itellectiua eſt act⁹ pmus corpis phyſici or/
ganici, nõ tanq̃ pficiẽtis: vt Simplicius inqt, ſed vt pfe
cto vtẽs: ꝛ ſic qdãmodo ęquoce. ¶ Tertiã aũt Simpli/
cius abſoluit: qm̃ ꝛ organicũ dat viuẽs itelligẽ: vt pz per
ſe. ꝛ ideo nõ apponit qd dicit Auerrois pz. ¶ Et cum de/
claratum. | Nũc Auerrois exponit illã. | Unde nõ opz | ꝛ
hꝰ expoſitio eſt Themiſtij ꝛ Simplicij: voluit enim Ari.
correlarie ↄducẽ ſol. qõnis famoſę antiq. n. ambigunt de
cã, cur cõpoſitũ eſt vnũ: vt Pythagoras. hãc enim qõnẽ
abſoluit Ari. ¶ Et debes ſcire ꝙ mã ꝛ forma pñt dupli
citer ↄſiderari. Uno modo iter ſe. Alio mõ reſpectu ter/
tij. i. vno modo poſſumus loqui de vnitate mãę ꝛ formę
iter ſe. Alio modo de vnitate cõpoſiti. Dixit Ari. duo. vt
Auer. inqt. ſ. ꝙ aia eſt p^a pfectio corpis nãlis. Et ꝙ aiatũ
nõ habet hoc eẽ. i. ens in actu: niſi ex eo ꝙ habet aiam: tũc
his pacceptis non eſt dubitãdũ: quõ aia ꝛ corpus quum
ſint duo fiãt idẽ. i. nõ eſt ambigẽdũ de cã vnitatis cõpo/
ſiti ex aia ꝛ corpe: ſicut nõ eſt dubitãdum in cera ꝛ in fer/
ro: cum figura exiſtẽ in eis: ꝛ vl'r in mã cuiuſlibet: ꝛ in re:
quę exiſtit in illa mã. ¶ Et reddit cãm. d. hęc enim nõia:
ſcilz vnũ, ꝛ ens: lz dicant̃ plurib⁹ modis. i. de decẽ pñtis,
ꝛ de mã, ꝛ forma, ꝛ cõpoſito: tñ p^a pfectio in oib⁹ iſtis. ſ.
forma magis digna eſt: vt habeat h̃ nomen. ſ. vnũ ꝛ ens:
q̃ id qd̃ eſt ↄgregatũ ex mã ꝛ forma: ↄgregatũ. n. non dr̃
vnũ niſi per vnitatẽ exñtẽ in forma: qꝛ mã nõ eſt: hoc. i.
in actu niſi per formam. Uult ğ ꝙ ea cã quę eſt eſſendi, ꝛ
vnitatis erit. cum igit̃ pateat ex dictis, formã eſſe id, quo
cõpoſitũ eſt, patebit eadem cã ꝛ vnitatis. ¶ Et ſi mã. | ꝛ
qꝛ qdã antiquoꝝ dicũt tã mãm q̃ formã eẽ in actu: mam
qdẽ dicẽtes vnũ ęlĩtoꝝ: for^am ꝯo corpus intrãs ꝛ exiẽs
id: vt Pythagoras inqt, hoc remouet. d. ꝛ ſi mã ꝛ forma
eẽnt in cõpoſito exñtes in actu, tũc cõpoſitũ nõ dr̃ vnum
niſi diceret̃ in rebus quę ſunt vnum ſm ↄtactũ ꝛ ligamẽ/
tum: qꝛ igit̃ modo mã nõ differt a forma in cõpoſito, niſi
potẽtia. i. niſi dñia reali in potẽtia: ꝛ cõpoſitũ non eſt ens
in actu, niſi per formã: tũc cõpoſitũ nõ dr̃ vnũ, niſi quia
ſua forma eſt vna. ¶ Et dat intẽtionẽ cur Ari. diſſoluit
hãc qõnem, ꝛ inqt. ꝛ quaſi inuit per hoc. q. ↄtingẽtẽ dicẽti/
bus ꝙ aia eſt corpus: ꝛ ſup. mã. ꝛ quęſtio quę accidit eis
eſt: quõ id, qd̃ aggregat̃ ex aia ꝛ corpe fiat vnũ. q̃ſi dicat.

nõ poſſunt reddẽ cauſam vnitatis. ¶ Debes ſcire ꝙ in
4° meta^ce Ariſt. inqt. Si igitur ens ꝛ vnũ idem ꝛ vna na/
tura: eo ꝙ ſe adinuicẽ ↄſequunt̃, ſicut pncipiũ ꝛ cauſa: ſz
nõ vt vna rõne oſtenſa niſi diceret nec ſilr ſuſcipiamus:
ſed pręope magis. Jdẽ enim ꝛ vnus hõ, ꝛ hõ, ꝛ ens hõ: ꝛ
nõ diuerſum aliqd oſtẽdit ꝛc. Et Auerrois cõmẽto 3° in/
quit: qꝛ ſignificãt eãdẽ nãm ſubiecto, ꝛ duas diffõnes vide.
ex hoc igit̃ habet̃ ꝙ vna eſt cã eẽndi, ꝛ eẽndi vnũ. Tri/
bus igit̃ entibus ea. ſ. quę eſt mã ens/forma ꝛ cõpoſitum
dictũ eſt formã eſſe pn^m eẽndi quare ꝛ eẽndi vnũ. nulla
ergo altera cã quęrẽda de vnitate ab ea quę de eẽ.

¶ Sed in textu ꝛ cõmento plurime occurrũt ambiguita/
tes. pma videt̃ ꝙ cõpoſiti vnitatis pñt eẽ plures cauſę: Dubõnes p^a
qm̃/vt in poſterioribus accipit̃, paſſio p^a eſt tanq̃ cauſa
ſcdę paſſionis: modo res eſt prior paſſio: vno, vt Tho/
mas inqt in trac. de qñis nã. ꝛ videt̃ ex vbis Auicẽ. pmo
ſuę meta^ce. Jnqt enim ens ſumi ab actu eſſendi: ꝛ ꝙ hoc Co~b.6°.
nomen res exprimit qdditatẽ ꝛ eſſentiã entis: arguo ſic:
omne poſitiuũ prius eſt negatiuo: ſed res poſitiuũ. ergo
ꝛ vno prius erit qddam. ¶ Adhuc põt reddi cauſa rei exi/
ſtẽtię. ſ. forma vt dicũt. ğ ꝛ rei vnitatis: qm̃ eadẽ eſt cau/
ſa eẽndi ꝛ eẽndi vnũ. ergo ſi forma cauſa eſt eẽndi, ꝛ erit
eẽndi vnũ. ¶ Rurſum cauſę ſunt inuicẽ cauſę: vt in phy/
ſicis ꝛ metaphyſicis. ergo quot pñt eẽ cauſę formę, tot ꝛ
entis: ꝛ tot ꝛ vnitatis: ſed tres pñt eẽ cauſę formę. ſ. mate
ria, finis, ꝛ agẽs. ergo ꝛ hꝰ pñt eſſe cauſę exiſtẽtię, ꝛ vnita/
tis. ¶ Scda ambiguitas eſt: qm̃ Ariſt. ꝛ Auer. 8° meta^ce. 2°
quęrũt iſtã qõnem an ex mã, ꝛ forma fiat vnum: ꝛ dicũt
nullã aliam eẽ cãm: niſi qꝛ mã potẽna per ſe, ꝛ forma per
ſe actus. ergo nõ tñ dat formã pro cã: ſed ꝛ mãm. ergo ſi/
bi ↄdicit. vide Auerroim cõmẽto penultimo. ¶ Tertia 3°
ambiguitas eſt in dicto Auerrois. Uult enim ipſe ꝙ ex
duobus entibus actu nõ fiat vnum. ↄtra ipm 3° Celi. ꝛ 2°
perigeneſeos. vbi vult ꝙ ęlĩta actu remaneãt in mixto: Cõm. 67°.
ꝛ mixtio eſt vera vnio: vt dicit vltimo cõmẽto pmi peri/ Cõm. 45°.
geneſeos. ¶ Quarta videt̃ ꝙ cõpoſitũ ſit pfectius ens
forma: qm̃ totũ, ꝛ pfectũ, ꝛ omne idẽ: vt pmo Celi Auer. 4°
ꝛ Ariſt. in textu. ¶ Adhuc mã eſt aliqua pfectio: ꝛ eſt in Cõm. 3°.
compoſito: ꝛ nõ in forma. ergo maioris eſt perfectionis.
¶ Rurſum id qd̃ opatur per accidẽs eſt impfectius eo:
qd̃ per ſe opat̃: res enim rem excedit opatione: ſed cõpo
ſitũ per ſe, ꝛ forma per accidẽs. ¶ Deinde cui annectit̃
aliqua puatio, impfecti⁹ eo: cuius eſt puatio: ſed parti ad/
eſt puatio toti⁹, ꝛ nõ ecõtra. ergo ꝛc. ¶ Ultima difficul/ 5°
tas in hoc loco eſt: qꝛ nõ videt̃ verũ q; ens ꝛ vnũ dicant
vnã nãm: vt inquiũt expoſitores: ſed hãc vltimã nõ vo/
lo mouere hic: vide tñ eam qꝛ totã reſumpſi in libro. d. d.
diſputatione 5° in ſol. tertij quęſiti. ¶ Loco ergo huius
ſit iſta alia: videt̃ enim ꝙ aia nõ debeat hic organicũ cor/
pus: quoniã vel eget illo ꝓpterea qꝛ pfectior lapide: vel
qꝛ impfectior cęlo: nõ pmo, qꝛ cęlum eẽt maxime tale. ſi
ſcdm. ergo lapis eẽt plus talis. Cõfirmat̃: qꝛ 2° Celi. Ari.
ꝛ Auer. voluũt id eẽ melius, quod pauco inſtrõ ſuã habet Cõ. 82. ꝛ. 83.
opationẽ. vide eos. ¶ Adhuc ſi aia eſt act⁹ organici cor/
poris, h̃ eſt ꝓpter diuerſas potẽtias, a qbus fluũt diuer/
ſa opa: oſtẽdit̃ ꝙ nõ. Tum primo qꝛ aia eſt dei ſilitudo:
modo in deo vna tñ eſt potẽtia. Tum qꝛ quę ſunt diſpſa
in iferioribus, in ſupiori nã vnũ ſunt. ergo nõ plures ha/
bet potẽtias. ¶ Pro ſolõne ad p^m debes ſcire, ꝙ q̃ſtio Solo p^a.
de vnitate formę ad mãm, põt verti iter ſe: ꝛ ad 3^m: vt di
xi. ſiqdẽ iter ſe: ſic ratio eſt tam potẽtia materię q̃ actus
formę. ꝛ ſic verificat̃ verbũ Ariſt. in 8° meta^ce Si reſpe
ctu cõpoſiti, tũc cauſam dari põt intelligi, vel extrinſecã,
vel intrinſecã. Si extrinſeca, ſic poſſunt eẽ tot quot ſunt
cauſę formę. Si intrinſeca: ſic cã vnius ꝛ eſſe formę eſt.

¶ Ex his ſequit̄ ꝙ Ari. nō voluit dicere vnitatis cōpoſiti nullā eē cāuſam cāmi ſimplr̄, vt latini credūt: ſed nullā cauſam voluit alterā ab ea que eſt forma: qꝛ quum ſit dictū aiam eē formā corpis iam cauſa eēndi pꝫ ⁊ vnius. ¶ Ad arga. ad pm dōm ꝙ paſſiones ſunt duplices: qdaꝫ eēntialr ordinate: ⁊ ſic vna pōt eē cā demrandi reliquū, quēadmoduꝫ eſt in pn̄talibus paſſionibꝰ. Alie ſunt ordinate per accidēs, ⁊ ſic nō opꝫ. modo paſſiones entis ſunt hꝰ: diuerſis. n. cōſiderationibus pōt vna alteri ꝑponi, vt pꝫ in meta^a: ⁊ tales nō ſe demrant. ¶ Ad alia tria arga pꝫ ſol. ex modo dictis. ¶ Ad 2m difficultateꝫ reſpōdet Auer. cōmētis pdictis: ꝙ hꝰ remittunt̄ ⁊ reddunt̄ qdāmodo in poa. g̃ intēdit hic ex eis que ſunt in actu puro ⁊ pfecto: vt pꝫ. ¶ Ad aliā ex vbis Auer. 7o meta. ⁊ 8o ⁊ 2o

Solutio 2a
Cōmē. 7.
Cōmē. 7.
Cōmē. 4.

colligit̄ ſol. vbi debes ſcire, ꝙ multuꝫ refert formalr tale in cōmuniſſimis: ⁊ ſpālibus. in ſpālibꝰ enīꝫ nō opꝫ, vt omne qd eſt tale per eēntiā: quo aliud eſt tale participatione, ipm ſit magis tale: non. n. ſi albedo eſt albedo per eſſentiā, ⁊ cā q̄re paries ſit albus, nō ꝑpter h (inquā) eſt magis alba. Sed in trāſcēdētibus, ⁊ vbi vniuoca eſt pdicatio iter participās ⁊ participatū: ſic ſunt ens, res, vnū, ſuba, quātitas ⁊c. omne tale per eēntiā: qd eſt cā alterius eēndi tale, eſt magis tale: ⁊ ideo quiꝫ deꝰ ſit ens per eēntiam, ⁊ cā oium eēndi: ideo eſt magis ens: ⁊ qꝛ forma eſt ens per eēntiā, ⁊ cā cōpoſiti q̄re ſit: ideo eſt magis, ⁊ verius eſt: vt Ariſto. inqt in textu. ¶ Pro ſol. ad argumēta debes ſcire ꝙ ſtat vnū eē pfectius ſm qd altero, ⁊ alteꝝ eo pfectius abſolute: vt. v. gr̄a. mā eſt forma pfectior in eternitate, ⁊ forma in eē: vt pꝫ. ⁊ ideo forma eſt pfectior ipſa mā ſimplr̄, ecōtra ſm qd. ¶ Ad pm pꝫ totū ſm qd id eſt ſub rōne totius pfectius eſt forma. ¶ Uel dicēdū ꝙ totū duplex eſt formale, ⁊ vtuale. dico ꝙ cōpoſitū eſt totū actuale: forma totū vtuale, cum ſit ens per eēntiā, ⁊ id participatiue: ⁊ ſic ſm totū eſt pfectiꝰ pmo. ¶ Ad 2m dicēduꝫ, ꝙ minor falſa eſt: qm̄ forma per eēntiā eſt pn̄m opationis: ⁊ cōpoſitū participatiue. dictū aūt Ari. intelligit̄ ꝙ totū eſt per ſe ſm demōſtrationē pncipiū operādi: forma verius pncipiū. ¶ Ad 3m dicēduꝫ, ꝙ priuatio duplex pfectiōis actualis, ⁊ pfectionis potētialis ſeu virtualis. Exēplū pmi/deus nō eſt leo: eſt enim puatus puatione actuali: tn̄ eſt leo vtute: pmo modo priuatio impfectionē non dicit: ſed bn̄ 2o modo: lꝫ ergo forma ſit puata cōpoſito actu: nō tamē vtute: quiꝫ ſit talis per eēntiam. ¶ Ad vltam qōneꝫ dōm, vt Plotinus inqt in lib. de eēntia aie, ⁊ auctor de cauſis ꝑpōne 2a, ꝙ quelibet aia qdāmodo in orizōte eternoꝝ, ⁊ tēpoꝝ ſita eſt: ⁊ ideo opꝫ vt vtriuſq; nām participet: ⁊ inde diuerſa habet opa: ⁊ per pns diuerſa inſtra: vt Thom. ⁊ Alb. dicūt. ¶ Ad primaꝫ dōm aiam hic organa plura: non qꝛ pfectior ſimplr̄: ſed qꝛ media, vt pꝫ: id aūt qd Ariſto. inqt intelligit̄ reſpectu finis ſimplr̄: modo aia reſpectu finis ſimpliciter plibus eget: lapis aūt ⁊ ſi infinita hꝫet nō aſcēderet ad finē tn̄. ¶ Ad aliud dicēduꝫ aiam eſſe dei ſilitudinē, quātuꝫ ad gradū pfectionis: nō tn̄ quātuꝫ ad modū opandi. ¶ Ad aliud ꝯcedo reſpectu eiuſdē finis, aia aūt multos habet fines: ⁊ ideo eget pluribus organis.

COMMENTARIVM.

Concludit nunc illam cōmunē definitionē, que cōpetit oibus aiabus, ⁊ hoc tam ſm Them. q̄ ſm Simplicium, q̄ ſm oēs, ⁊ inqt. Si autē aliqd cōmune in omni aia oportet dicere, erit vtiq; pmus actus, corpis, phyſici, organici. Quo vo ad vba attinet, per [cōmune] intelligit definitionē cōem in omni aia. Et dicit Simplicius ꝙ opꝫ eſſe omni aie tale cōe, ſed dicit [Si opꝫ dicere,] qm̄ illud cōe nō vniuocum, ſed analogū eſt, quaſi pma frōte nō videat̄ vnuꝫ, ꝑpter aiam intellectiuā, que videt̄ acꝰ pmus corporis equoce, vt Simplicius oſtēdit. Tacuit aūt illā particulam viuētis potētia: qꝛ loco eius ponit̄ organici. ¶ Sed dices nūquid hec definitio competat celeſtibus aiabus. ¶ Videt̄ ꝙ nō, qꝛ nō ſunt actus organici corpis, ꝑpterea per cōmune nō cōiſſimaꝫ, intelligit rationē, que oibus aiabus celeſtibus ⁊ ſublunaribus cōpetit, ſed definitionē cōem aiabus corpoꝝ mortaliū. ¶ Ex hac definitione, ⁊ potiſſimū ex eo qꝛ aia eſt actus corporis. Soluit q̄ſtionem veterū, que erat de cauſa vnitatis cōpoſiti aiati, vt Simplicius exponit. Cuꝫ enim veteres exiſtimabāt aiam eſſe motorē corporis, ⁊ motor mediāte aliquo medio moueat, videbat̄ pma frōte ſequi cōpoſitū animatū eſſe vnum per mediū, quo ipſa aia mouet corpus. Arilēs vo aiam eſſe actuꝫ exiſtimat, quare nulla alia cauſa aiatum eſt vnū, niſi aia, que eſt actus eius. Naꝫ ſicut Simplicius inqt, vt figuratū albuꝫ albedine eſt albuꝫ, ⁊ vnū album/⁊ nulla alia cauſa, ſic aiatuꝫ eſt ens ⁊ vnū aia, que eſt vere ens, ⁊ vere vna, veluti albedo vere albedo, et vna albedo. Inqt, vnde qꝛ ſupple aia eſt actus corpis, ⁊ nō oportet querere, ſi vnū eſt aia ⁊ corpus. ſ. in cōpoſito ipſo, ſicut nō oportet q̄rere ceraꝫ ⁊ figurā, ⁊ oino vniuſcuiuſq; mām, ⁊ id, cuius eſt materia. Unū enim ⁊ eē, cuꝫ ſit multiplex, qd ꝑprie ⁊ pncipalr eſt, actus eſt. ergo cōpoſitū eſt vnum, ⁊ aiatū vnū ſua aia, e qua eſt eē. Et hoc pro tāto qa eſt actus corporis aiati. ¶ Aiaduerte ꝙ animā ⁊ corpus eſſe vnuꝫ, qs poteſt trifariam intellig̃, aut idētitate, aut vnione, aut vnitate. Idētitate, ſicut ſi diceret̄, vt veteres dicebāt, aiam ⁊ corpus eē vnum. i. idē. dicebāt enim aiam eē corpus, vt Democritꝰ/Leucippus/Pythagorici/Empedocles/Anaxagoras/Diogenes/et Critias. Unione vo, ꝙ inter ſe nō in 3o vnum faciāt, hoc pacto ptes populi ſunt vnū, nō quidē in tertio. Nō eniꝫ populus eſt quid tertiū, ſed iter ſe, partes ille vnū ſunt: ſcilꝫ cōgregatione, ⁊ fortaſſe ordine. Unitate vo ea vnū ſunt: que vnū ſunt ratione tertij, ⁊ hoc modo cōpoſituꝫ eſt vnū, ⁊ partes in cōpoſito ſunt vnuꝫ vnitate tertij: eſt enim cōpoſituꝫ aliud a ptibus, cuius eē eſt vnū alia vnitate/ab vnione partiū inter ſe. Tūc hic locus pōt tripliciter exponi. Uno modo ꝙ Arilēs velit animā ⁊ corpus nō eſſe vnuꝫ/id eſt idē: vt veteres dicebāt, quia cū ꝑo ꝙ aia eſt actus, ⁊ corpus potētia patet corpus ⁊ animaꝫ nō eē ideꝫ, ⁊ hoc pacto exponit Albertus, ⁊ nos in collectaneis, ⁊ tūc iuxta hāc expoſitionē lege ſic, vnde. ſ. quia aia eſt actus corpis, ⁊ corpus potētia, nō oportet querere, ſi vnū id eſt idem eſt aia, ⁊ corpus. Sicut nō oportet querere cerā, ⁊ figurā, neq; oino vniuſcuiuſq; materiā, ⁊ id, cuius eſt materia, an ſint idem. Ex definitione enim patet hec nō eſſe ideꝫ. nam cum vnū ⁊ eē multipliciter ſit: ſcilꝫ actus, ⁊ potentia/qd ꝑprie eſt, actus eſt: potētia vo nō pncipaliter eſt, ⁊ ſic aia nō eſt corpus, ſicut actus non eſt id, cuius eſt actus. Hoc modo exponit Albertꝰ, ⁊ nos in collectaneis. ¶ Que expoſitio lꝫ ſit vtilis, qꝛ per hāc reprobet̄ antiquoꝝ poſitio que dicebat animā eſſe corpus, tn̄ difficilis eſt, ⁊ iꝑropꝛa. Arilēs enim raro, aut nunq̄ per vnū intelligit idē. p̄. Cauſa, quā aſſignat Arilēs, quare nō opꝫ querē cur ex aia ⁊ corpe nō fiat vnuꝫ, nō facile ad hūc ſenſum accōmodari pōt. ¶ 2o modo g̃ intelligi poteſt, ꝙ nō eſt querēda cā/quare aia ⁊ corpus faciāt vnū inter ſe. ſ. vnū vnione: qꝛ ex definitione apparet aiaꝫ eē actuꝫ, corpus aūt potētiam. Modo ratio q̄re aliqua vniuntur inter ſe, eſt qa alteruꝫ eſt actus, alteruꝫ potētia. Iuxta hāc expoſitionē lege vba/vnde. ſ. qꝛ aia eſt actus, ⁊ corpus poa/vt ex definitione accipit̄: non opꝫ querere/

ſi vnuꝫ

ſi vnũ ſint aīa ⁊ corp⁹.i.ſi vniant̃ aīa ⁊ corpꝰ:ſicut nō opꝫ quęrere cerā/⁊ figurā,neqꝫ oīno vniuſcuiuſqꝫ mãꝫ/⁊ id,cuius eſt mã,cur vniant̃ inuicē vera vnione.Quod nō opꝫ quęrere cām aliā pręter eam,quę ex definitione colligit̃,ꝓbat,⁊ inquit,vnũ.n.⁊ eſſe,cũ multiplr̃ ſit,qđ ꝓprie eſt,actus eſt,quę expoſitio eſt bona,ſed rō,quam Ariſtoteles affert,nō pōt accōmodari v̄bis,Ariſtoteles enĩ aſſerit,ideo illa vniri,quia actus eſt pncipalr̃ ens,⁊ vnũ ergo velle videt̃,φ cã vnionis ſit,qꝛ aīa eſt actus, vbi nihil de potētia,⁊ corpore dicat. ℂ Verius ğ Simplicius aſſerit,nō eſſe quęrēdũ,quare cōpoſitũ ex aīa,⁊ corpore ſit vnũ,hoc eſt faciāt vnũ in tertio,qꝛ lꝫ cauſa pateat ex textu.ſ.qꝛ aīa eſt actus,corpus eſt potētia/⁊ ſic vtraqꝫ pars cã eſt vnitatis cōpoſiti,nō tamē equaliter, forma eĩ pncipalis cã eſt vnitatis tertij,qꝛ ipſa eſt ens, ⁊ vnũ pncipalr̃,⁊ verius q̄ mã,inquit.Unde,hoc eſt,qꝛ aīa eſt actus,⁊ corpus potētia / nō opꝫ quęrere,ſi vnum ſint aīa ⁊ corpus in tertio,ſicut neqꝫ opꝫ quęrere ceram/⁊ figurā/neqꝫ oīno vniuſcuiuſqꝫ mãꝫ/⁊ id,cuius eſt mã, cur.ſ.vnũ tertiũ cōſtituant,quaſi dicat,φ nulla eſt quęrenda cã/quare cōpoſitũ eſt vnũ ⁊ ens,niſi ea/quę apparet ex definitione.ſ.qꝛ aīa actus eſt,naꝫ cũ vnũ,⁊ ens ſit multiplr̃,id,qđ ꝓprie eſt ens,⁊ vnũ quaſi per eſſentiā forma eſt,ğ cã vnitatis cōpoſiti eſt / qꝛ anima eſt actus. ℂ Ex qb⁹ pꝫ Ariſtotelē loqui de vnitate cōpoſiti aīati,⁊ nō de vnione partiũ,naꝫ ad vnionē inter ſe materia ⁊ forma cōcurrũt ex ęquo.Ad vnitatē tertij nō ex ęquo cōcurrunt,qm̄ forma eſt pncipalior cã,⁊ aīa q̄ corp⁹,qꝛ ipſa eſt entitas ⁊ vnitas ꝑ eſſentiā,ꝑticipatiōe cui⁹ ⁊ mã ⁊ cōpoſitũ eſt ens,⁊ vnũ. ℂ Simplicius aſſignat aliaꝫ cām,quare non opꝫ hic quęrere cām vnitatis cōpoſiti: dicit enim qꝛ diligētius in metaphyſicis eſt explicatum. Verũ Ariſtoteles nō dicit ſimplr̃ φ nō opꝫ quęrere ſi vnũ ſint aīa,⁊ corpus,qꝛ pmo hui⁹ quęſiuit hoc ⁊ dixit eſſe quęrēdũ,ſed qđ nō opꝫ quęrere aliā cāꝫ ab ea,quę habet̃ per hanc definitionē,q̄ſi dicat φ nō opꝫ quęrere aliaꝫ cām pter definitionē aię,ex definitione.n.aię pꝫ φ aīa ſit actus,⁊ ſic pꝫ φ ipſa ſit principalis cã entitatis,⁊ vnitatis,vt Simplicius exponit. ℂ Quo v̄o ad verba attinet,dicit Ariſto. [Unũ.n.⁊ eſſe cũ multiplr̃ ſit,qđ ꝓprie eſt,actus eſt.] Per multiplex dictũ Expoſitor intelligit,qꝛ dicit̃ de actu,⁊ potētia/⁊ tunc intellige,vnum.n. ⁊ eſſe,cum multiplr̃ ſit,qꝛ aliud actus,aliud potētia:qđ hoꝝ duoꝝ eſt ꝓprie,⁊ entitas ⁊ vnitas act⁹ eſt.ergo cōpoſitũ eſt vnũ nō ꝓpter potētiā,ſed ꝑticipatione act⁹,⁊ ſic aīatũ ſimilr̃ eſt vnũ ꝑticipatione aię. ℂ Themiſti⁹ v̄o exponit eſſe ⁊ vnũ multiplr̃ dici,qꝛ dicit̃ de decem pdicamētis,vt inquit.Et qꝛ decē ſunt reꝝ initia:decem ſunt appellationes vni⁹.ergo ſm Them.per ens ⁊ vnũ eſſe multiplr̃ dictũ intelligit quatenus dicunt̃ de decem pdicamētis. ℂ Ego nō audeo refellere tantũ viꝛũ / ſed fateor ingenue me nō itelligere,quę dicit,naꝫ ſi Ariſto. intelligit eſſe ⁊ vnũ multiplr̃ dici multitudine pdicamētoꝝ,nō haberet ꝓpter hoc,vt cōpoſitũ ſit vnũ ꝑticipatione actus:nec haberet ꝓpter hoc,vt act⁹ eſſet pncipalr̃ vnitas,⁊ entitas. ℂ Auerroes velle vr̃ vnũ ⁊ ens eſſe multiplr̃ dicta,qꝛ dicunt̃ de actu/ſiue forma,de potentia ſiue mã/⁊ de cōpoſito quoꝝ id qđ eſt per eſſentiā entitas,⁊ vnitas eſt forma:⁊ ſic bene dicit̃ cōpoſitũ eſſe vnum participatione formę,⁊ aīatũ vnũ ꝑticipatione aię. ℂ Simplici⁹ (vt mihi videt̃) diligentius,multifariā vnũ ⁊ eſſe dici aſſerit,qꝛ dicit̃,vel per ſe,vel per aliud,vel imperfectũ ⁊ poteſtate,vt mãle,vel perfectũ ⁊ actus,hoꝝ multiplr̃ dictoꝝ,qđ ꝓprie eſt,actus eſt,qꝛ participatione hui⁹ cōpoſitũ eſt ens ⁊ vnum,vnde patet aīatũ eſſe ens ⁊ vnũ participatione animę:quę eſt actus corporis,vt a definitione accipit̃. Hactenus de textu.

ℂ In collectaneis pulchras mouimus q̄ōnes,quaꝝ quędam ſunt dignę recognitione:quędaꝫ v̄o dilucidatione. Q̄ōnes

ℂ Ideo quęrimus pmo vtrum pręter vnitatē formę, p⁹ q̄ō. poſſit aſſignari aliqua alia cauſa qua cōpoſitũ ſit vnũ. Videt̃ φ ſic,qꝛ vna paſſio eſt cauſa alteri⁹,vt pōr ſemꝑ eſt cã poſterioris. Sed vnũ nō eſt p⁹ entis paſſio,ergo paſſio prior eſſe pōt cã,quare cōpoſitũ ſit vnum. ℂ P. Quot poſſunt eſſe cauſę formę,tot pñt eſſe cauſę vnitatis cōpoſiti, ſed tres ſunt cauſę formę.ſ.materia,agens, ⁊ finis. ergo tres poſſunt eſſe cauſę vnitatis compoſiti. ℂ P. Ariſtoteles circa finem libri metaphyſicę octaui, T.cō. penul. cauſaꝫ vnitatis materię cũ forma,aſſignat ex parte materię,⁊ ex parte formę,dicit.n.ratio quare ex mã ⁊ forã fiat vnũ eſt,qꝛ mã eſt potētia,⁊ forma act⁹. ℂ Pro ſo Solo. lutione,⁊ dilucidatione,debes pmo ſcire,φ (vt dicebamus in textu) Ariſtoteles non loquit̃ de cauſa,qua materia ⁊ forma faciant vnum,quia ſic cauſa eſt materia ⁊ forma,materia quidē/qꝛ potentia : forma v̄o:qꝛ actus. ſed loquitur de cauſa,qua compoſitum eſt,vnum.Talem enim cauſaꝫ pręter formaꝫ aſſerit non eſſe quęrendam. ℂ Secūdo debes ſcire φ cã alicuius poteſt intelligi duplr̃,aut per ſe,aut per accidēs:⁊ per ſe,aut extrinſeca aut intrinſeca.Tunc dico φ cauſa,quare ipſũ cōpoſitũ eſt vnũ,eſt illa qua cōpoſitũ eſt,qꝛ 4° metaphiſicę eadē eſt ratio entis ⁊ vnius entis,vt hoīs,⁊ vnius hoīs. Dico ſcđo,φ cauſa q̄re cōpoſitũ eſt ens/eſt multiplex.ſ. extrinſeca duplex agēs/⁊ finis,vt bene Egidius inquit. Intrinſeca etiā duplex mã ⁊ forma,verum,vt Simplicius inquit.Forma eſt intrinſeca cã per ſe,participatiōe enĩ formę,quę eſt ipſa entitas,cōpoſitũ eſt ens,⁊ vnũ. Materia v̄o intrinſeca cauſa cōpoſiti per accñs,quatenus defert formā,nō.n.mã poſſet eſſe cã entitatis cōpoſiti,niſi mã ipſaꝫ deferret. ℂ Ex quo ſequit̃ materiā eē cauſaꝫ eſſendi/⁊ eſſendi vnũ ipſi cōpoſito per accidēs,⁊ tanq̄ cauſaꝫ ſine qua nō:qꝛ forma ſine mã nō poſſet eſſe cauſa. ℂ Sed ꝯtra hęc occurrit magna quęſtio,qꝛ vnũ Queſtio ⁊ quęlibet paſſio entis,eſt notiſſima de ente,⁊ de quolꝫ pulchra. cōtento ſub ente/ergo compoſitũ nō habet cām,qua ſit vnum,alioquin nō eſſet per ſe notum de quolibet ente. Aſſumptũ probat̃ quia quęlibet paſſio entis dicit cōceptum ſimplr̃ ſimplicē,⁊ ſic vel totaliter de quolibet ente ignoratũ,vel totaliter ſcitum:⁊ cum de nullo ente poſſit ignorari,ergo compoſitũ nō habet cauſaꝫ,qua ſit vnũ:quia ſic per illaꝫ poſſet demonſtrari. ℂ Quidam dixerũt ens habere ꝓprias paſſiones,vt ſunt,res,vnũ, bonũ,verũ,⁊ aliquid : dixerunt etiaꝫ alterā per alteraꝫ demōſtrari poſſe,qm̄ inter eas eſt ordo:⁊ ſic ſemꝑ ſcđa pōt demonſtrari ꝑ primā. ℂ Quāq̄ in dilucidario hāc opinionē reprobauerim,⁊ quidē acutiſſime:nunc etiaꝫ ſupponēdo ens hāc paſſiones,qđ nō credo,dicerē alterā ꝑ alterā nō poſſe demr̃ari : qꝛ ſi demr̃aret̃,aut tanq̄ qđ ignotum de eo,de quo demonſtrat̃:aut tanq̄ notum nō tanq̄ qđ ignotũ/quia ens,⁊ paſſiones entis de quolibꝫ ſunt per ſe notę,vt Auicēna inquit. Non tanq̄ qđ notũ, quia fruſtra eſſet demōſtratio. ℂ Dicamus igit̃ φ Ariſtoteles cum ait,formā eſſe cām vnitatis,nō vult dicere formaꝫ eſſe cauſaꝫ,quare vnum ineſt enti,qm̄ nulla eſt cauſa,quare ens ſit vnum,niſi quia ens / ſed vult dicere formaꝫ eſſe cauſam vnitatis,quo eſt cauſa entitatis cōpoſiti:quia ſicut compoſitum videt̃ eſſe ens participatione formę ſic eſt vnũ ꝑticipatiōe formę. ℂ Siqs aũt vellet,poſſet metaphyſice defendere ei⁹ qđ eſt cōpoſitũ eſſe vnum eſſe cauſaꝫ,per quā pōt hoc demōſtrari,qꝛ lꝫ

Margin notes (left): Simplic⁹ — Lib⁹. 7. tex. cōmen. 8. — Lib⁹. 8. tex. cōmē. 2. 7. 16 — Verboꝝ cōſideratio.

¶ Sic cōtra hęc aſſurgamus, ꝛ ſupponamus ex ↄſenſu omniū peripatheticoꝝ oēm ſubaz ſubiāz vel māz ꝑficientē illi ſimplr eē dare. nam ſꝫ vna ſuba ſit altera ꝑfectioꝛ, quęlꝫ tñ eſt ens ſimplr: vñ ita eſt ens ſimplr foꝛa ignis, ſicut foꝛa mixti. Lapidis, ꝛ ita forma ignis dat eē ſimplr igni, ſicut foꝛa hoīs hoī. vterqꝫ .n. ↄſtituiꝛ a ſua foꝛa in ꝓpria ſpecie: ſꝫ alter ſit altero ꝑfectioꝛ. Vñ ꝛ Auerroes ſupius aſſeruit per h̄ dñaz inter ſubaz ꝛ accñs.

Suppō peripathetica: ex qua hī differētia inter foꝛmā diſponentē ꝛ ꝑficiētez.

Cōmē. 4°.

Preterea ſi vna ſuba eſſet ens ſimplr: altera vo nō ſimplr ens, ſꝫ ens qꝛ entis: tunc altera ſuba reſpcū alteri⁹ vere accñs eē poſſꝫ, ꝛ ſic icideremus in errorē ſupius exploſuz.

Ꝙ ꝑcedētes foꝛmę non ꝑficiant.

¶ Hac ergo ſuppōne nobis ↄſtituta, argumētemur, ſi quęlꝫ aīa eius māz .ſ. hoīez ꝑficeret, cū quęlꝫ haꝝ ſit ſuba, quęlibꝫ haꝝ cōſtitueret hoīem ineſſe ſimplr, vt per ſuppoſitionē pꝫ. Quare cū p⁹ aīa ꝑmit⁹ in mā recepta ↄſtituat illaz ineſſe ſimplr: tūc oīs foꝛa adueniēs poſt illaz erit accñs. ¶ Ꝓ. Si ꝑcedēs aīa .ſ. vegetatiua, quę embꝛionicā māz ꝑficit nō ↄſtitueret illaz in eē ſimplr, nulla via eſſet, qua ſcire ꝓſpiā poterit añ aduētuz vltimę aīę in ei⁹ mā eſſe receptū aliqđ accñs. Dicā .n. nulluz ꝑcedere accñs añ aduētuz vltimę aīę, naz ſi nulla ꝑcedit foꝛa añ aduētū vltimę quę det eē ſimplr, nullū ꝑcedit accñs, qđ nō recipiꝛ niſi poſt ſubaz, quę dat eē ſimplr. Et ſi ꝑcedit nulla cōiectura ꝑceſſiſſe pōt ſciri: nō .n. pōt ſciri accñs ꝑcedere, niſi qꝛ ſcimus aliqđ ꝑceſſiſſe, qđ dat mā eē ſimplr: mō nulluꝫ tale, qđ det ſimplr eſſe mā ꝑceſſiſſe ſcimus cū illud nō ſit foꝛa ſubalis, de qua māie vī. ¶ Ꝓ. Si quęlꝫ forma ꝑcedēs eſt ei⁹, in quo recipiꝛ ꝑfectiua: tūc cū ꝑcedēti nō poſſet ſtare ſeqnēs, vt cū vegetatiua nō poſſet ſtare ſenſitiua, nec cū his itellectiua: ſi .n. cū vna haꝝ ꝑficientium poſſet ſtare alia, cū vegetatiua in planta poſſet ſtare ſenſitiua, ꝛ cū ſenſitiua in aīali poſſet ſtare itellectiua. ↄñtria pꝫ: qꝛ vegetatiua aīa in embꝛione, ꝛ in planta eſt eiuſdē rōnis, ğ ſi cuz vegetatiua in embꝛione pōt ſtare ſenſitiua: ğ ꝛ in plantis: cuz vegetatiua ꝑficiat embꝛionē ita vt ꝑficit plantā, ꝛ in vtroqꝫ eſt eiuſdem rōnis. ¶ Ꝓ. Hac pōne ſtante, tūc hō eſſet ſimul planta, pecus, ꝛ hō. Siquidem quęlꝫ aīa ſit entelechia ↄſtituēs aīatuz ſua ꝓpa conſtitutione, vt vegetatiua plantā, ſenſitiua aīal, itellectiua hoīez. ¶ Ꝓ. Si per caſuz poſitū poſt aduētuz ſenſitiuę aīę in fęu nunq̃ adueniret intellectiua: nō enim fęus ille eēt pecus: ſentiret .n. ꝛ moueret. Ergo dato ꝙ nūc adueniat intellectiua, erit ēt pecus: cū per aduētuz intellectiuę nō mutetꝛ de ſpecie in ſpēm. Hęc ↄ Auicebꝛonē.

Ꝙ nō diſponentes tm̄.

¶ Cōtra vo Landauēſez qui voluit ꝑcedētes aīas eē in facto eſſe diſponētes, ꝛ nō ꝑficiētes. Hoc .n. dixit ad euitādū hęc abſurda: qꝛ ſi ſunt diſpōnes, nō opꝫ, vt reponāt embꝛionez in ſpē, ſꝫ ſolū vltia foꝛa ↄſtituit. Argumētemur ğ, qꝛ (vt Simplici⁹ inqt.) Oīs entelechia corꝑis ē aut vtēs, aut ꝑficiēs. ergo iſtę erūt aut vtētes, ꝛ ſic ſeparatę a corpore ſm eē, qđ nō cōcederet Landauēſis. aut ꝑficiētes: ꝛ ſic recidit ei⁹ opio in ꝑmā opionē. ¶ Ꝓ. Sumo vegetatiuā in illo priori in quo fęus viuit ꝑ ipſaz: ꝛ pꝫ tunc eſſe entelechiā ꝑficientē fęuum, cum ſit tūc pn̄ᵐ viuēdi ꝑmo ꝛ ꝑ ſe. Sed vegetatiua toto tpe vitę hoīs eſt eiuſdē rōnis, ergo ſicut añ aduētuz intellectiuę erat entelechia perficiēs, ꝛ pn̄ᵐ quo fęus per ſe ꝑmo viuebat, ita quoqꝫ poſt aduētuz intellectiuę: aliogn nō eſſet eiuſdez rōnis, ꝛ mutaret nomē ꝛ rōnez ipſa exiſtente, qđ eſt ridiculum. ¶ Ꝓ. Si in facto eſſe diſponūt tm: tunc nō eſſent aīę: qꝛ vel in facto eē ſunt viuēdi pn̄ᵃ ꝑmo ꝛ per ſe, ꝛ ſic erunt formę ꝑficiētes ↄtra opionē. Si aūt nō ſunt per ſe ꝑmo viuēdi principia, tunc nō erunt aīę. Cuꝫ eis nec cōīs, nec ꝓpria aīę definitio cōpetat.

Ꝙ nec perficiētes ꝛ diſponentes.

¶ Qꝛ vo nō poſſint eē ꝑficientes, ꝛ diſponētes: ſꝫ ſtatī ſequaꝛ ex dictis, argumentoꝝ ſpeciatiꝫ, qꝛ tunc nulla eſſet via ad ꝓbādū māz eſſe ens in pura potētia: quia poſſem fingere ipſaz eē quintū elmtuꝫ cōpoſitū ex ꝑma forma, ꝛ mā: imo poſſez dicere māz eſſe corp⁹, qđ eſt in potētia ad oēs foꝛas gñabiles, qꝛ ſm opionē attributam Auicēnę non repugnat ens in actu ꝑfectuꝫ eſſe in potētia ad vlteriores formas.

Cōcluſio cōtra pōnes.

¶ Ex his appꝫ in hoīe vel aīali plures aīas eſſe nō poſſe, cuꝫ ꝑcedētes nō poſſint eē ꝑficiētes tm, nec diſponētes tm, nec ſimul diſponentes, ꝛ ꝑficientes. ergo in homine vna erit aīa, quę ſimul eſt itellectiua, ſenſitiua, ꝛ vegetatiua. In brutis ſilr vna, quę ſimul ſm ſubaz eſt vegetatiua, ꝛ ſenſitiua. In plantis autē vegetatiua tm.

Poſitio pō ꝺ mō ponēdi.

¶ Sed de mō ponēdi non parua eſt dña. Quidaꝫ acutiſſimi viri arbitrati ſunt intellectiuā aīaꝫ eſſe ſenſitiuā, ꝛ vegetatiuaꝫ h̄ modo, ꝙ mā eſt potētia aīa vegetatiua quę ꝑcedit. Aīa vo vegetatiua fit in actu per agens, qđ ꝑficit māz in eſſe vegetatiuo, eſſe vegetatiuū iterū eſt qđ interminatuꝫ, ꝛ adhuc eſt ꝑfectibile, adueniēte vo ſenſitiuo, vegetatiuū qđ erat interminatū, vlteriori termino per ſenſitiuū ꝑficiꝛ, ſenſitiuū vo adhuc eſt interminatū, per intellectiuū demū ꝑficiꝛ in eſſe vltio. Ergo nō eſt imaginādū ſcđm recipi in ꝑmo, ita vt ibi ſit cōpoſitio ꝛ multitudo ex recipiente, ꝛ recepto. Sed cū ſemꝑ cū ꝑmū ſit interminatū, terminaꝛ per ſcđm, ꝛ ſcđm iterū, cuꝫ ſit interminatū, terminaꝛ per tertiū. Ergo intellectiua aīa eſt ſenſitiua, ꝛ vegetatiua terminata. Unde, vt dimēſio interminata apđ Auerroem, terminaꝛ per dimenſionem terminataꝫ, non qꝛ terminata dimēſio ſit cōpoſita ex re, ꝛ re .ſ. ex re, quę eſt dimenſio interminata, ꝛ re diuerſa a prima, quę eſt dimēſio terminata: ſic prima materia, quę eſt forma interminata, terminaꝛ per formaꝫ: ſcilꝫ per vegetatiuam,

ꝛ vegetatiua adhuc ex ſe interminata, terminat̃ ꝑ ſenſi-
tiuã, ꝛ ſenſitiua adhuc interminata vlꝰ terminat̃ ꝑ itel-
lectiuã, que poſtea relinquet̃ vna aĩa ſimplex vltia ter-
minatiõe terminata, que eſt ſil' vegetatiua ꝛ ſenſitiua ꝑfe-
cta ꝛ vltio terminata. ¶ Pro hac põne Riccardus me-
Quolꝫ. 3º. q. 5. ar. 1. diauillenſis argumẽtat: qꝛ Ariſto. 7º meta. cuꝫ loqt̃ de
agẽte inquit, agẽs ipm nõ ꝓbẽ multitudinẽ ſꝫ ꝑfectionẽ:
Cõmen. 24. vbi Auerroes aſſerit hec vba, ꝛ nõ facit aliqđ vnũ in ali-
quo vno. v.g. formã in ſubo, qm̃ manifeſtũ eſt, ꝙ ſi fac̃,
fac̃ ex alio aliđ, ꝛ nõ aliđ in alio: fac̃. n. ex mã fõiatũ, ꝛ nõ
in mã fõiaꝫ. Ex qbꝰ pꝫ mãꝫ eẽ fõiaꝫ iterminatã, ꝛ fõieꝫ
eẽ mãꝫ terminatã: ꝛ ſic nõ dĩnt re, ſꝫ rõe, ꝛ rõe, ſꝫ ſic inter-
minatũ, ꝛ terminatũ: volunt ḡ aĩaꝫ vegetatiuã eẽ mãm
terminatã ad gduꝫ vegetatiuũ, ſenſitiuã aĩaꝫ eẽ vegeta-
tiuũ terminatuꝫ ad ſenſitiuũ, ſenſitiuã aĩaꝫ vo eẽ ad itel-
lectiuã terminatã, que actu ſimplex eſt, potẽtia plex: vt
Simpliciꝰ dixit. Hãc opionẽ ſecuti ſunt magni viri de mẽ-
Refutatio te Ariſt. nõ tñ pro vitate. ¶ Sꝫ hec poſitio nõ eſt ꝑipa-
thetica: qꝛ Ariſto. aſſerit itellũã extrinſecꝰ accedere: ꝛ ꝑ
ꝯñs, nõ eẽ vegetatiuã ꝛ ſenſitiuã ꝑfectã, ac terminatã, vt
iſti autumãt ad intellũã. ¶ P̃. Tunc hõ nihil eſſet ꝑter
itellũã aĩaꝫ, qꝛ hec vltio oĩa terminat: ꝛ ſic cũ hõ corrũ-
pit̃, nihil corrũperet̃. ¶ Quare alr̃ eſt dõm, ꝙ ꝑmo in
Scḋa poſitio diui Thome embrione fit vegetatiua, poſtea adueniẽte ipſa ſenſitiua
ꝑma corrũpit̃, ꝛ remanet ſenſitiua, que eſt ſil' vegetatiua
ꝛ ſenſitiua: demũ cuꝫ aduenit extrinſecꝰ intellũa, ſenſi-
tiua, que prefuit, corrũpit̃, ꝛ relingt̃ intellũa, que ẽ oẽs,
vt dicemus. ¶ Sed ꝯ hãc põneꝫ ſunt dubitatiões nõ le-
Dubitatiões ꝯ põnem. ues, quas nõ tacebimꝰ, qꝛ eaꝝ ſolo facit ad dilucidatio-
neꝫ põnis peripathetice. ꝑma gdẽ qꝛ vt Ari. auctor eſt,
fetuꝫ in vtero ꝑus viuere videmus vitã vegetatiuã cuꝫ
nutriat̃, ꝛ creſcat. Scḋo vitaꝫ ſenſitiuã, cũ ſentiat ꝛ mo-
ueat̃, ergo erit vtraqꝫ aĩa aĩatꝰ: vel igit̃ aĩe qbꝰ in vtero
viuit, remanent in aduentu aĩe intellũe, aut corrũpunt̃: ſi
nõ corrũpunt̃, qꝛ tũc ꝓgreſſus gñatiuꝰ hoĩs eſſet ꝑ plẽs
corruptiões, qđ nõ vĩ, ḡ remanẽt: ꝗre hõ nõ tñ itellũa
aĩa ꝯſtituit̃. ¶ Scḋa dubitatio eſt, ſi itellũa aĩa vtualr̃
cõtineret ſenſitiuã, ꝛ vegetatiuã, illas ꝓducẽ poſſet, cuꝫ
virtualr̃ ꝯtinent ſic poſſe ꝓducẽ. ¶ Tertia dubitatio, ſi
eadẽ aĩa in hoĩe ſit intellũa, ſenſitiua, ꝛ vegetatiua: tunc
qcqđ hoĩ ineſſet ꝑ itellũã, ineſſet ꝑ ſenſitiuã ꝛ vegetati-
uam, ꝛ ecõtra, cũ ſit vna ſimplr̃: ꝛ ſic ꝑ ſenſitiuã eſſet riſi-
bile ſicut ꝑ itellectiuã: ꝛ ſi per ſenſitiuã eſſet riſibile, tũc
oẽ ſenſitiuũ eſſet riſibile. ¶ Quarta per nullaꝫ vnaꝫ ꝛ
eandẽ formã duo actꝰ oĩ ex parte ꝯtrij eideꝫ ineſſe pñt, ꝛ
gdeꝫ reſpectu eiuſdẽ obiecti. Sed pñtes nobis re ſume
appetibili, per ſenſitiuã aĩaꝫ quã ꝯſequit̃ appetitꝰ ſenſi-
tiuꝰ, illã appetimus. Per itellectiuã vo, quã ꝯſeqt̃ appe-
titꝰ rõnalis, illã vitamus: igit̃ nõ põt eẽ vna eadẽqꝫ aĩa,
qua illaꝫ appetimus, ꝛ qua illã vitamus. ¶ Quinta ſen-
ſationes in ſenſorijs noſtris recipiunt̃ mediãte ſenſitiua
aĩa: nõ aũt mediãte itellũa: alioquin poſt mortẽ poſſent
remanẽ, cũ accñs, cuꝫ ꝯtrũ nõ hꝫ, ſui ſubi ꝯſeruatione in
ipſo ꝯſeruari poſſit. Ergo itellũa ꝛ ſenſitiua nõ ſunt ea-
deꝫ aĩa. ¶ Sexta eadeꝫ aĩa nõ põt eſſe extẽſa ꝑ ſubm, ꝛ
nõ extẽſa: ſed ſaltẽ ꝑ Auerroeꝫ ſenſitiua ꝛ vegetatiua in
quolibet aĩato eſt extẽſa: itellũa vo ex indiuiſibilis, ḡ
nõ eſt vna eadẽqꝫ aĩa. ¶ Septima ſi ita eſſet: tũc hõ in
generãdo nihil gñaret, vel eſſet in generãdo deterioris
cõditionis ꝙ̃ cetera aĩalia. Siqdeꝫ oẽ aĩal gñat ꝑ fõiam
quã gñat in mã, ſibi ſile in ſpecie: hõ aũt cũ nullaꝫ fõiaꝫ
efficeret nõ gñaret ſibi ſile: ꝛ ſic eſſet ipꝑfectiſſimũ aĩaliũ:
eſt. n. ꝑfectiſſimũ aĩal, qđ põt gñare tale, q̃le ipſum: vt di-
cemus. ¶ Octaua tũc in hoĩe nulla proꝑris eſſet nutri-
tio. Nõ. n. per hoĩs nutritionẽ gñat̃ mã, cũ illa ſit eterna:
nec gñat̃ vegetatiua vel ſenſitiua, cũ quelibꝫ haꝝ ſit aĩa
itellectiua, que nec gñabilis eſt, nec corruptibilis: nec ge-
nerat̃ ꝑ humanã nutritionẽ accidẽs, ꝛ nihil plus: qꝛ tũc
hõ nõ ſubalr̃ nutriret̃, ĝnimo nutritio in aĩalis eſſet ꝑfe-
ctior humana nutritione, qꝛ ꝑ eã fieret aĩa, que eſt ſuba.
Ergo opꝫ in hoĩe dare ꝑter itellectiuã aĩaꝫ, aliquã aliam
aĩaꝫ, que ꝑ gñõnẽ gñeret̃, ꝛ nutritionẽ ꝯſeruet̃. ¶ Nona
Auerroes ꝑmo metaphiſice ꝙ ꝑꝰ mã ꝑmo recipit primã Cõmen. 17º.
formã corporis, ꝛ mediãte illa recipit vegetatiuã, ꝛ me-
diãte vegetatiua recipit ſenſitiuã, ꝛ mediãte hac recipit
humanã formã. ḡ iſte aĩe in hoĩe dĩnt. ¶ Decima, ſi nul-
la fõia eſſet in hoĩe ꝑter itellectiuã, tũc hõ nunꝗ̃ corrũ-
peret̃, cuꝫ corruptio ſemꝑ ſit alicuꝰ fõie. ¶ Undecima
ꝛ vltima eſt, qꝛ illa fõia, quã aliqđ accñs reale ꝯſeqt̃ tali-
mõ realr̃, qđ ſpecificã formã realr̃ nõ ꝯſeqt̃, differt re ꝛ
ſuba a ſpecifica fõia. Si. n. ſpecifica ꝛ generica fõia eſſet
vna, ꝛ eadeꝫ fõia, atqꝫ aĩa, oẽ ꝙ realr̃ alterã ꝯſequeret̃,
ꝛ alterã ſequat̃ neceẽ eſt: ſꝫ ſenſitiuã ſenſus ꝯſeqt̃, qui rõ-
naleꝫ nõ ꝯſeqt̃: igit̃ rõnalis ꝛ ſenſitiua dĩnt ſuba. He ſũt
dubitatiões ꝯ hãc põneꝫ: que volo, vt ſufficiãt. ¶ Añꝗ̃ Dilucidatio poſitionis.
dubitationes ſoluaꝫ, debes ſcire vnã formã eẽ alteram,
põt tripl'r intelligi (vt vtar vbis theologoꝝ) aut eminẽ-
ter, aut vtualr̃, aut formalr̃. Eminẽter aurũ eſt argẽtuꝫ, ꝛ
plumbũ ꝛ oẽ metallũ, qꝛ ꝯtinet ꝑfectionẽ argẽti, ꝛ emi-
net, vel qꝛ ꝯtinet aliquã ꝑfectionẽ, que eminet ꝑfectionĩ
argẽti: ꝛ hoc pacto nõnulli veterũ dixerũt Joueꝫ eẽ oĩa;
ꝛ Poeta dixit Juppiter eſt qdcuqꝫ vides, qcunqꝫ mo-
ueris. Ariſtoteles etiã dixit Deũ eſſe oĩa, vt mare ſtellas, ꝛ Libro de mundo.
cetera id genus: eſt. n. oĩa, qꝛ ꝯtinet ꝑfectionẽ entis, ꝑ quã
oĩbꝰ eminet. Uirtualr̃ ſol eſt oĩa, que gñant̃, ꝛ corrũpũ-
tur, quatenus ꝯtinet vtutẽ ꝓductiuã oĩuꝫ: nam virtualr̃
oĩa gñabilia ꝯtinẽs oĩa gñabilia eſt, vtpote in ꝑdicatiõe
cauſali. Formalr̃ aũt dicimus aliqđ eẽ aliqđ, cum per ſe
eſt illud, vt hõ aĩal, ꝛ aĩal ſuba. ¶ Cuꝫ ḡ dicimus intelle-
ctiuã aĩaꝫ in hoĩe eẽ ſenſitiuã, ꝛ vegetatiuã, intelligẽ vo-
lumus, intellectiuã aĩaꝫ eſſe formalr̃ in hoĩe ſenſitiuã, ꝗ̃
aĩal formalr̃ eſt hõ: formalr̃ vegetatiuaꝫ, qua fõialr̃ hõ
eſt viuẽs: nõ. n. dicimus aĩaꝫ intellectiuã eẽ ſenſitiuã vir-
tualr̃, vel eminẽter, ꝛ nõ formalr̃, qꝛ lꝫ intellectiua aĩa ſit
virtualr̃, vel eminẽter oẽs aĩe brutales, quatenꝰ ſua ꝑfe-
ctio eminet ꝑfectionibꝰ illaꝝ, tñ formalr̃ intellectiua aĩa
eſt in hoĩe ſenſitiua, qua hõ eſt fõialr̃ aĩal: ꝛ vegetatiua,
qua hõ eſt formalr̃ viuẽs. ¶ Ergo aĩa ſenſitiua in hoĩe, Exceptio
ꝛ in brutis differũt ſpecie, qꝛ in hoĩe ſenſitiua eſt intelle-
ctiua, in brutis ſenſitiua nõ eſt intellectiua. ¶ Tunc ad Prima poſitio de ortu intellectiue aĩe.
ꝑmã qui tenẽt hãc opionẽ nõ vna rõne rñdent. Aliqui. n.
dixerũt embrionẽ in vtero, cũ ſemẽ virile recipit̃ in ma-
trice, hic ꝗtuor ſtatꝰ. Primus gdẽ, qui ſpatio ſeptẽ dieꝝ
ꝑficit̃, eſt, quo duo ſemina in embrionicã maſſam redu-
cunt̃. Scḋs vo eſt, quo incipiũt opa vite apparẽ, vt nu-
tritio ꝛ auctio. Tertius eſt, quo apparent opa ſenſitiue.
Quartꝰ eſt, quo incipiũt apparẽ opa itellectiue. Tũc di-
cunt ſemẽ in ꝑmo ſtatu regi ſolũ a vtute ſibi apparẽtibꝰ
tributa, quã ipſi formatiuã ſiue ſeminaleꝫ appellãt, qua
ꝛ ſemẽ eſt ſemẽ, ꝛ ſpumificat̃ ꝛ ad embrionicã formam
mouet̃. In ſcḋo vo ſtatu intellectiua ꝑmo infundit̃, cuiꝰ
opa ꝑmo apparẽt eiꝰ, vt vegetatiua eſt, vt nutriri ꝛ cre-
ſcere. Scḋa opa, que apparẽt in ſcḋo ſtatu, eius ſunt, vt
ſenſitiua eſt: vt ſenſus ꝛ motus. Tertia que apparẽt in 3º
ſtatu, que forte nõ apparẽt niſi poſt ortum, ꝛ longo tpe
poſt, eius ſunt, vt intellectiua eſt, vt velle ꝛ intelligẽ. Ex
his aſſerunt in fetu ſemꝑ fuiſſe intellectiuã, lꝫ appareat
eẽ ꝑmo vegetatiuã, 2º ſenſitiuam, ꝛ 3º intellectiuam.
¶ Cõtra hꝫ eſt decretũ oĩuꝫ medicoꝝ, oĩum phõꝝ, atqꝫ Refutatio
theologoꝝ oĩuꝫ, qui pro veritate aſſerũt intellectiuã aĩaꝫ
fetui

ſętui accedę in maribus 30° die. In femellis vo in .45. 2° poſitio de acceſſu intelle- ctiue. hoꝝ medium tēpus eſt .37. vel .38. dierū. ℭ Alij dixerūt tūc aiam accedē, cum eius opa appareṫ, vel apparē pñt: cui enī aliqḋ hoꝝ ineſt, ipm viuere dicimus. Quo fit vt hoīs gñatio nō ſit ſimplex, q2 cum hō gñaṫ, ſuccedūt inuicē, ꝙ plures gñationes, atq3 corruptiones: ſiqdē ſemen a parētibus p̄ formā ſeminis habet, deīde formā ſanguinis, deinde alias donec humana gñatio pficiaṫ, ſed cum gñatio ꝛ corruptio nō ſint abſq3 abiectione, ꝛ additione formę, ideo for° impfecta, quę pus aderat, abyciṫ, perfecta additṫ, ꝛ h̄ ſemp quouſq3 fętus vltimā formā accipit, qua rōne fit vt vegetatiua pus in ſemine recipiatur, quę in aduētu ſenſitiuę corrūpiṫ, deīde recipiṫ ſenſitiua: quę in aduētu intelle^{ue} etiā corrūpiṫ. Intellectiua vo vltimo extrinſecus accedēs corpi īfundiṫ: quę formalr eſt, ꝛ ſenſitiua, ꝛ vegetatiua. Et nō ſolū in aduētu itellectiuę priores aię corrūpuntur, ſed accñtia oia, quę illas comitabātur, qntītās, ꝛ diſpōnes oēs. Quoꝝ fundamētū eſt, q2 accñtia imediate in mā p° nō ſūnt, ſed in cōpoſito ipſoꝝ. Igiṫ ſequiṫ ipa corrūpi forma, quā ꝯcomitabanṫ, corrupta, ꝛ ſic cum vegetatiua corrūpiṫ, oia accñtia, quę illas comitabanṫ corrūpunṫ, vſq3 ad p^{am} mām reſolōne coꝝ facta. Cum gñatione vo ſenſitiuę noua accñtia fiūt: aduenīēte aūt itellectiua oia p̄ora corrūpunṫ, ſola mā, quę eſt oium eadē, remanēte. ℭ Sed de tēpibus qbus fiāt tales De tpe aduē- tus aīe. aiaꝝ gñationes, ſiue acceſſus, digladianṫ phi. Auerroes aſſerit itellectū nō pus nobis copulari ꝙ phātaſma ſpeculemur: nō aūt puer phātaſma aliqḋ ſpeculatur, niſi eo tpe, quo oēm feminā matrē, ꝛ oēm virū patrē, appellare ceſſiṫ. q̄re ſm eum dicere opꝫ in vtero gñationē hoīs nō fuiſſe cōpletā q2 ſolum in vtero ſenſitiua ꝛ vegetatiua genitę fuerūt. ℭ Auctē Auerrois hac, quaꝫ diximus: aliq nō mediocres in phīa viri, de mēte phoꝝ dixerunt itellectiuā nō accedē in vtero, ſed poſt ortū: nō enī3 ante eius opa cęperūt apparē. P̄. dixerūt phos non cōcedere aliquā formā pfectā eſſe fruſtra aliquo tpe, quare ſi ante ortū3 intellectiua aīa fuiſſet inducta, cum ope nō potuit vti, fruſtra ibi fuiſſet: ꝛ ſic ꝯcedūt poſt ortū in aduētu intellectiuę aię ſenſitiuā corrūpi, ꝛ oia accñtia, quę illaꝫ in puerperio comitabanṫ, etiā deſinere, ꝛ noua cuꝫ acceſſu Refutatio itellectiuę fieri. ℭ Cōtra quaꝫ opinionē, lꝫ demrāationes mathematicę fieri nō poſſint, tñ eſt ꝯtra illaꝫ auctoritas Ari^{lis} in libris de aialibus, vbi cōplet gñationē hoīs per acceſſum intellis in vtero, vt pꝫ eis, quę legunt eius vba, eſt etiā optima ꝯiectura. nā aīa itellectiua eſt act° corpis phyſici organici potētia viuentis. ġ cōpleta organiçatione, mox aīa act° eius corpis eſt, cuius organiçatio cōple- Arg^m ta eſt. ℭ Antiq etiā, vt narrat Ari^{les}, 8° die poſt ortū nomina pueris iponebāt, ꝛ prius fecit ſene, vt ait, niſi piculo epilepſię, quę pueros inuadit ante illud tps, fuiſſent impedīti. Nos aūt h̄ ſeruamus 8° die baptiçantes, ꝛ nomina iponētes: verū vbi vitę piculū iminerēt, pueniimus. Melius agentes, ꝙ veteres gentiles: illi enim ideo ante octauū3 noia nō iponebāt, nec a qua eos mūdabāt, q2 ſi morereṫ puer, ſicut facile ꝯtingit ppter epilepſiam, quę eos inuadit, fruſtra putabāt ꝛ noia eſſe impoſita, ꝛ aquę fuſionē eē factā. At nos vbi piculū vitę iminet, mox fundimus, q2 fuſione a parētū3 labe emūdanṫ pueri, a qua nō mūdarēntur, niſi fuſione bñdictę aquę, cum ſuis cerimonijs mūdarēntur: verū de hoc ad theologos, illud nobis accipiēdū eſt, pueros eē hoīes anteꝙ ſpeculari cęperint, vt nos ꝛ veteres noia imponētes pueris tenemus. ℭ Eſt igiṫ dicēdū intellectuā aiam accedē inter .xxx. ꝛ xlv. diem ſemp: quo tpe corpis humani formatio omni ex pte completa eſt, cuius itellectiua aīa nālis actus eſt, atq3 entelechia: quare formato aduenit, forma p̄ori cum ſuis oibus accñtibus corruptis vſq3 ad primā mām exclūſine. Hoc eſt diui Thomę decretū, qui pace alioꝝ di- Laus Tho- mę. xerim oibus Ariſtotelis itērptibus eſt pferēdus. ℭ Verū Landunēſis doctor malignus, ꝛ erroneus, euaginato gladio: ꝛ qdem bñ acuto, cōtra decretū3 illud veriſſimū digladiaṫ. Primo, q2 hac poſitione data, aliqs motus finitus eēt ſine termino ad quē: ꝯſequētiā pbat, q2 ſemen ꝯtinuo alteraṫ ante formę inductionē. Vel igiṫ hęc alteratio in aduētu formę terminaṫ ad diſpōnes p̄cedētes, vel ad diſpōnes ſequētes formā, vel ad nullū terminū3 finirenṫ: nō ad diſpōnes, quę aduenīūt poſt formā, quia motus, ꝛ terminus mot° ſunt ideꝫ numero, vt Auer. inqt 3° phyſicę auſcultationis, ꝛ li° 5: modo illę corruptę, ꝛ hę Cōmē.4°. genitę eędē numero eē nō poſſunt, nec motus ille termi- Cōmē.9°. nari poteſt ad diſpōnes p̄cedētes, cum per Thomā illę nō remaneāt. ergo illa alteratio ad nihil terminabitur: ꝛ ſic motus aliqs erit finit° ſine termino ad quē. ℭ P̄. Si p̄cedētes diſpōnes corrūpunṫ, aut p ſe aut per accidens corrūpunṫ: nō corrūpunṫ per accidēs, nihil corrumpiṫ, niſi vt ſua ptenatura corruptibile eſt. modo illa accñtia nō ſunt corruptabilia niſi per ſe, cum hñt cōtrariū corruptiuū. nō ġ pñt per accidēs corrūpi. Q2 aūt tūc nō corrūpanṫ per ſe, declaraṫ, q2 qḋ per ſe corrūpiṫ a ꝯrio corruptiuo corrūpiṫ. At forma ſequēs, ꝛ accñtia quę illā ſequunṫ, nō ſunt illis ꝯria, cum ſint eiuſdē ſpēi. Igiṫ in aduētu nouę formę nō videṫ, ꝙ debeāt corrūpi. ℭ P̄. Si corrūpunṫ, aut in inſtāti, aut in tpe: nō in tpe, q2 nō in tēpore ſeqnte inductionē nouę formę, cum eo tpe nō ſint, nec in tpe p̄cedēte, cum antea ꝯtinuo gñabanṫ. non ergo poterāt tūc corrūpi, nec in inſtāti, cum eo modo res corrūpiṫ, quo gñaṫ, veluti forma ſubalis, q2 ſubito fit, ſubito corrūpiṫ. At diſpōnes hō ſucceſſiue gñanṫ, vt Auer. p̊ phyſicoꝝ inqt. ℭ P̄. Si corrūpunṫ in inſtāti, nō videntur corrūpi niſi in eo inſtāti, in quo vltima forma itroduciṫ. at in illo corrūpi nō pñt, q2 omne corruptū eē pręce- Cōmē.61°. dit alterari. modo ꝯtinuo ante hoc pficiebanṫ, ꝛ nō alterabanṫ ad corruptionē. Igitur in illo inſtāti corrūpi non pñt. ℭ P̄. Tunc tales diſpōnes fruſtra fuiſſent inductę, q2 in aduētu finis, ppter quē fuerūt inductę, corrūperētur. ℭ P̄. Si in aduētu nouę formę deſineret, tūc in illo p̄ori, in quo mā p̄cederet formaꝫ, mā remaneret nuda: ꝛ ita indifferēs ad oēs formas, quo ꝯceſſo nullā reciperet, cum nō magis alterā, ꝙ alterā. ℭ P̄. Ari^{les} dixit agētiū actū eſſe in ppa mā ꝛ diſpoſita. ergo p̄cedētes diſpōnes in aduētu alterius formę nō corrūpunṫ. ℭ Quidā, ergo qui tenēt vnicaꝫ eē aiam in vno aiato, de mēte Auer. aſ- Pō q̄rūdā3 de accñtibus vlī. ſerūt duplicia eē accñtia. Terminata qdē quę certaꝫ formā ſequunṫ ſub certo termino, quē illa forma ſibi limitat, qcūq3 ſit ille. Et iterminata, quę ſunt iterminata, aut iterminatione materię, q2 ita ſunt cuiuſlibet termini capacia, vt mā eſt capax ois formę. ꝛ hoc pacto dimenſiones tres pmiaus receptę in mā ſunt iterminatę, aut ſunt iterminata iterminatione formaꝝ elīroꝝ, q2 ſunt in potētia ad oēs terminos coꝝ elntaliū accñtiū, quos limitat ſibi forma mixti, cuꝫ qua pñt ſtare formę elemētoꝝ. Aut interminata iterminatione qua forma mixti eſt interminata. quę poteſt terminari per oēm formā vltimo ſpecificā. dicūt ġ q2 accñtia iterminata, quę ſunt iterminata materię iterminatiōe, remanēt vt dimēſiones. Similiter remanēt accñtia interminata quę iterminatione formaꝝ elntaliū, iterminata ſunt, vt ſunt pmę qualitates: ſilr remanēt, vt dicūt, accñtia iterminata interminatione mixtionis. ℭ Huius rei cā eſt, q2 oia hęc ſunt cōmunia gñato, ꝛ corrupto: dimenſiones enim cōes ſunt et

qđ poſterius fit, ⁊ ei, qđ prius corrũpit̃, qualitates prime ſi‑
militer hoc pacto vtriq; cões ſunt, ⁊ qualitates ſequẽtes
mixtionẽ etiã cões ſunt vtriq;. ¶ Eſt alia ratio, q2 ſubta
nõ corrũpunt̃. Sc̃dm enim Auerroem ⁊ Ariſtotelem mã pri‑
ma, quã ↄſequunt̃ dimẽſiones, remanet prioꝛi ⁊ poſterio‑
ri aie cõis. ergo ⁊ dimẽſiones. Sc̃dm Auerroeʒ ẽẽntiales
formę diſponẽtes mãm remanẽt ſub prioꝛi, ⁊ poſterioꝛi
aia. ergo primę qualitates, quę illas ſequunt̃, remanẽt ſub
vtraq; forma. Silr forma mixtionis, quę eſt vno forme
ẽẽntialiuʒ, eadẽ numero manet cum vtraq; aia. g̃ ⁊ acci‑
tia quę mixtionẽ illam ↄſequunt̃. Variant̃ aũt hęc cõia
accñtia ſolum terminis, ⁊ ſic, vt terminata nõ ſunt eadẽ,
quę ſequunt̃ formã ſequẽtẽ, ⁊ quę erãt cum aia precedẽte.
¶ Sed hęc poſitio ſupponit in eodẽ mixto aiato eẽ plu‑
res formas, vt ẽẽntiales, ⁊ formẽ mixtionis: quę ſuppoſitio
(lʒ ſit de mẽte Auer.) tñ eſt res ſeoꝛſum digna ↄtrouẽſia.
Propterea ſuſtinẽdo nũc põneʒ Thomę, dico q̃ rõnes
Candauẽſis, nõ cogũt. Prima qdẽ nõ cogit, q2 nos tene‑
mus q̃ terminus totius precedentis alterationis eſt ſemp
gñatio poſterioꝛis formę, ad cuius introductionẽ precedẽs
illa alteratio diſponebat: cuʒ vero dicebat terminũ mot⁹,
⁊ ipm motũ ideʒ eẽ numero, ⁊ ſpecie. dico h̃ eẽ verũ, qñ
alteratio terminat̃ per ſe pprio, ac intrinſeco termino, vt‑
pote qñ alteratio eſt intẽta ab agẽte pp ipſam, ⁊ nõ per
accñs alterius grã: cum n. intẽdit̃ alterius cã, nõ ppo, ſed
alieno termino terminat̃, veluti in ppoſito prima altera‑
tio, nõ pp̄ter ſe, ſʒ pp̄ter gñationẽ formę ſequẽtis intẽdit̃:
cum gñatio 5° phyſic. ſit finis alterationis. g̃ recte Expo‑
ſitoꝛ ſentit, q̃ qñ mot⁹ oꝛdinat̃ ad aliud, ipm non termi‑
no pprio gñis, ſed alieni terminet̃. Ex quo ſequit̃, q̃ iſte
mot⁹ eſt finit⁹, lʒ per nihil ſui finiat̃. ¶ Sc̃da etiaʒ ratio
nõ cogit, q2 diſpõnes per accidens corrũpunt̃ eius ſubiecti
corruptiõe, cuius ſunt accñtia: erãt. n. accñtia illa bifariã
corruptibilia: ⁊ per accñs corruptione ſubiecti, cuius erãt,
⁊ per ſe aduẽtu ↄtrarij corruptiui. q2 g̃ erãt ſubiecti corruptio‑
ne corruptibilia, ideo non corrũpebant̃, vt nõ poterant
corrũpi, ſed quo apta corrũpi erãt. ¶ Tertia etiã nõ co‑
git, q2 tales precedẽtes diſpõnes oẽs in inſtãti corrũpunt̃,
ita vt primum inſtãs eẽ formę ſequẽtis ſit primum nõ eſſe formę et
diſpõnum precedẽtiũ. Ex quo ſequit̃ aliquã rem corrũpi,
quę nõ eſt per ſe corruptibilis, vtpote cuʒ corrũpit̃ per
accñs. Vlterius dõm eſt alterationẽ cõtinuo preceſſiſſe p̄‑
parãtẽ ad corruptionẽ formę prioꝛis. nã ſicut ↄtinuo ppa‑
rãt ad gñationẽ formę ſeqñtis, ſic ↄtinuo pparãt ad cor‑
ruptionẽ precedẽtis. quare ante corruptionẽ vegetatiuę
preceſſit alteratio ad illã diſponens. In aduẽtu g̃ ſenſitiuę
vegetatiua deſinit cuʒ oĩbus ſuis accñtibus. Et ſi quis di‑
ceret aliqđ poſſe corrũpi nulla precedẽte alteratione ad
illam diſponẽte, nõ diceret abſurdũ, quãdo. l. corrũpere‑
tur illud per accidẽs, alterius corruptione, vt in ppoſi‑
to diſpõnes formę precedẽtis corrũpunt̃ per accidẽs cor‑
ruptione eius formę, cuius erãt. ¶ Etiaʒ 4ª nõ cogit, q2
diſpõnes, quę precedũt nõ inductę erãt, vt diſponerẽt ad
factũ eſſe, ſed ad fieri, pp̄terea nõ ſunt fruſtra, ſi non re‑
manẽt, cum puenerũt ad finẽ debitum. ſ. ad ipſum fieri.
¶ Quinta etiã nõ cogit: nõ eniʒ in aliquo inſtãti mã nu‑
da ⁊ indifferẽs reſtabit, q2 primum inſtãs eſſe formę ſequẽtis
eſt primuʒ inſtãs nõ eſſe formę precedẽtis. ¶ Vltima ni‑
hil eſt, q2 ois actus in materia diſpoſita fit: nõ qdẽ diſpo‑
ſitione remanẽte pro facto, ſed diſpõne, quę inducta fuit
pro ipſo fieri, hęc pro defenſione diui Thomę. Hęc de
prima dubitatione. ¶ Ad 2ᵃᵐ vero, dicẽdum q̃ itellectiua
aia nõ eſt virtualr̃ ſenſitiua ac vegetatiua, ſed ipſamet quę
formalr̃ eſt intellectiua, eſt formalr̃ ſenſitiua, ⁊ formali‑
ter vegetatiua: dicit̃ autẽ potẽtia ↄtinere illas, quatenus

poteſt eſſe principium oĩum coꝝ operuʒ, quoꝝ illę ſunt. ¶ Ad 3ᵐ
ↄcedo hoiem per eãdeʒ formã eẽ hoiem, aial, ⁊ viuens:
nõ tamẽ opoꝛtet omne illud, quod ineſt homini, quo hõ
eſt, illi inſit, quo aial eſt: per eandẽ enim formã lignũ eſt
bicubitũ, ⁊ quãtũ: ⁊ tamẽ nõ qcqđ ligno cõpetit, quo eſt
bicubitũ, ei cõpetit, quo quãtũ eſt: ligno enim per ratio‑
nẽ bicubiti: cõpetit eſſe mihi ęquale, qđ nõ competit per
rationẽ quãti, q2 tũc vbicũq; eẽt ratio quãti eſſet ęquali‑
tas mihi. Et ſ. Nip̄hus eadẽ forma albũ ⁊ quale: nõ tamẽ
opoꝛtet qcqđ ſibi cõpetit rõne qua albũ: ſibi cõpetat ra‑
tione, qua quale: rõne enim qua albũ cõpetit eẽ Catoni
ſiſleʒ: qđ nõ ſibi cõpetit rõne qua quale. Dico ergo q̃ ea‑
dẽ forma eſt itellectiua, ſenſitiua, ⁊ vegetatiua: non tamẽ
opoꝛtet qcqđ cõpetit homini per intellectiuã, ⁊ cõpetat
per ſenſitiuã vel vegetatiuã: q2 lʒ eadẽ aia ſit, ratio ſenſi‑
tiuę cõmunioꝛ eſt q̃ʒ ratio intellectiuę. ¶ Ad 4ᵐ dicẽ‑
dũ, q̃ per eãdem formã nõ poſſumus nobis ↄtrarios act⁹ intelle‑
ctus ſub eadẽ rõne, ⁊ per eãdeʒ virtutẽ. Modo itellectiua quo
itellectiua eſt, quoniã vtitur rõne nos euitamus volupta‑
teʒ. Quo vero ſenſitiua eſt, quoq; vtit̃ ſenſu, ⁊ appetitu ſe‑
quẽte ſenſum, appetimus voluptatẽ. quare ex hac actuũ
diuerſitate nõ ſequit̃ realis diſtinctio aiaruʒ. ¶ Ad 5ᵐ
dicẽduʒ, q̃ ſenſibiles ſpẽs ſunt in aia itellectiua, ſed quo
depẽdẽt intelle, ⁊ ↄſeruari a potẽtijs ⁊ ſenſoꝛijs, quę ſunt
corruptibilia: ⁊ ſic nõ ſunt ęternę, lʒ itellectiua anima ſit
ęterna. ¶ Ad 6ᵐ dõm, q̃ in hoie ſaltẽ aia ſenſitiua, ⁊ ve‑
getatiua ſunt indiuiſibiles, ſed quales ſint in aialibus, et
plãtis, ſupius dictũ eſt. ¶ Ad 7ᵐ dicẽdũ, q̃ hõ gñat ve‑
getatiuã, ⁊ ſenſitiuã: quę tamẽ in aduẽtu itellectiuę deſi‑
nũt: dicit̃ tamẽ gñans hoiem, nõ q2 ponat formã in ma‑
teria, cum itellectiua extrinſecus accedat, ſed q2 inducit
in mã diſpõnẽ, ſine qua aia intellectiua nõ poſſet induci
in mã. Propter hoc argumentum nõnulli poſuerũt formaʒ coꝛ‑
poreitatis, quę aduenit in mã humana poſt inductioneʒ
formaꝝ ẽẽntialiũ: ⁊ hãc dicũt inducere parẽtes, pro gña‑
tione hois, ⁊ per hãc di hõ corrũpi. Hanc ponit Henricus
candauẽſis, ſimul in eodẽ inſtãti recipi in mã, in quo in‑
tellectiua aia recipitur. Et lʒ de hac mã alias diligẽtius di‑
cet̃, tñ quãtũ ad ppoſitũ ſpectat, debes ſcire q̃ Henricus
in hoie tñ ponit duas formas in eodẽ inſtãti ſimul indu‑
ctas. ſ. itellectiuã aiaʒ creatã a deo, ⁊ coꝛpeitatẽ inductaʒ
ab agẽte nãli. Mouet̃ aũt ex eo, q2 diuerſoꝝ agẽtiũ, quę
agũt diuerſis mutatiõib⁹, ipoſſibile eſt terminũ eẽ vnũ,
⁊ eũdẽ nũo. At hõ in gñatione hois agit ppa mutatione,
⁊ de⁹ in creãdo aiam, agit alia. g̃ alia atq; alia eſt forma,
quę terminat hincinde. Per hãc g̃ ſaluãt gñationẽ hois,
⁊ corruptionẽ. Sed hęc q̃ſtio reqrit longã diſputationẽ.
¶ Tñ ſm veritateʒ opʒ dicere q̃ hęc coꝛpeitas nihil ſit,
vt alias oſtẽdet̃, ⁊ dato q̃ aliqđ eẽt, tũc non ſaluarẽt gña‑
tionẽ hois in eo q̃ hõ eſt, ſed in eo q̃ coꝛpus, quia hõ, vt
hõ nõ fit niſi pp̄ter aiaʒ, qua hõ eſt hõ. modo hęc aia fit
a deo: ⁊ ſic ſi fit hõ a parẽtib⁹, ſolũ fit, q̃tenus eſt coꝛpus:
⁊ ſic in eo q̃ hõ nec eſſet gñabilis, nec corruptibilis. Sicut
g̃ ipſi dicũt hoieʒ fieri, quia inducit̃ coꝛpeitas, ita poſſu‑
mus dicere nos q̃ hõ fit, nõ per h̃, q̃ eius forma fit a parẽ‑
tibus, ſed per h̃ q̃ fit in mã. ſilr corrũpit̃ per hoc q̃ eius
forma deſinit eẽ in mã. Et cũ dicis, qđ fit in gñatione hois
a parẽtib⁹, dico q̃ fit itellectiua aia in mã: ⁊ ſic hõ gñat̃
ſimplr̃, nõ q2 ſimplr̃ eius forma gñet̃, ſed q2 fit in mã: ⁊
ſili rõne corrũpit̃. ¶ Ex quo ſequit̃ aliqđ ſimplr̃ gñari
vel corrũpi, cui⁹ nulla pars ẽẽntialis gñat̃, vel corrũpi‑
tur, vtpote nec mã, nec forma, ſed ſoluʒ ſimplr̃ fit, q2 eius
ſubſtãtialis forma fit in mã, ⁊ ſimplr̃ corrũpit̃, q2 ſubſtãtialis eius
forma deſinit mãʒ iformare: verũ de his in 3° li°. ¶ Ad 8ᵐ
eodẽ modo de nutritione dicat̃: nutrit̃. n. hõ non q2 forma
de nouo

Qualis hec expoſitio.

quol. 3. q. 15.

dẽ nouo fiat, vel mã, vel accñs, ſed q̃a eius forã de nouo fit in plari, ⁊ noua mã. ¶ Ad 9um dicẽdũ eſt, φ ille ordo eſt rõnis: in hoĩe. n. cum aĩa itellc^{ua} ſit in mã, p̃us vnit̃ illi, vt eſt forã corpis. 2°, vt eſt vegetatiua. 3°, vt eſt ſenſitiua. vltimo eſt itellectiua, tñ vna eſt forã, quę in eodẽ inſtãti vnit̃, vt eſt corpalis, ⁊ vegetatiua, ⁊ ſenſitiua, ⁊ itellectiua. ¶ Ad 10um pʒ ſol. ¶ Ad 11um dicẽdũ, φ accñtia quędã ſunt ſubordinata, vt vegetare, ⁊ ſentire, ⁊ itelligẽ: quędã ſunt oĩno aduerſa, diſpata, ⁊ iter ſe oĩno abiũcta. Prima accñta pluĩſci ab eadẽ forma ſub diuerſis rõnibus. Scđa x̃o arguũt diuerſas forãs, vt ſunt mot⁹ cęleſtes, qui cum nõ ſint ſbordinati, arguũt cęloꝝ aĩas diuerſas. ¶ His dilucidãtis, ad p̃ncipales rões. Ad p̃mã patet ſolutio, ⁊ ad 2^{am} ſilr, qꝛ ſenſitiua, quę eſt aĩa humana, extrinſec⁹ accedit. at ſenſitiua ⁊ vegetatiua, quę vt diſpoſitiones in fieri inducebant̃, itrinſecus accedebãt. ¶ 3° etiã ſoluta eſt: eſt. n. ſenſitiua ⁊ vegetatiua in hoĩe ſubã, quę eſt aĩa itellc^{ua}, ꝗ itellectiua ſit v̄tualiter, ⁊ eminẽter oẽs, vt dictũ eſt. ¶ 4° ſoluta eſt, q̃a ſenſitiua ⁊ vegetatiua in hoĩe ſubã ſunt, dũ tñ intellectiua v̄tualr ⁊ eminẽter illę, nõ quę ſunt in hoĩe, ſed quę ſunt in brutis, vt dictum eſt. ¶ Ad 5um ꝯcedo, φ hõ ⁊ brutum in aĩali ꝯueniũt per ſenſitiuã, quę eſt ſubã: nõ tñ ſenſitiua in bruto nõ eſt itellectiua. g̃ nec in hoĩe. nã hõ ⁊ brutũ ꝯueniũt in aĩali per aĩalitatẽ, ⁊ aĩalitas in bruto nõ eſt humanitas, ut in hoĩe idẽ eſt. ¶ Ad 6um dico in oſſibus ⁊ carne eẽ oẽs: tñ itellectiua exercet opa vitę in oſſibus, in carne opa ſenſitiuę, nullibi exercet opera intellectiuę. Et hoc ꝑpter differẽtiam diſpoſitionũ. Hęc de quęſtione.

¶ Neceſſe eſt aũt eum qui de hiſce ꝯſiderationez facturus eſt, quidnã ſit vnũquodq; ipſoꝝ accipe: deniq; q̃rere pſcrutariq; de hiſce quae ſequunt̃ ac comitãtur. Qz ſi dicere oporteat quid vnũq̃dq; ipſoꝝ ſit, vt q̃d ſit intellectiuũ, vel ſenſitiuũ, vel nutritiuũ: antea dicẽdum eſt quidnã ſit intelligere q̃d ſentire. nã opationes actionesue: potẽtijs viribuſq; priores ſunt rõne. Qz ſi ita ſit, atq; prius etiã obiecta q̃ iſta contẽplari oporteat: primũ pfecto de illis propter eãdem cãm, vt de alimento, de ſenſibili, de intelligibili determinare oportet.

¶ Neceſſarium aũt eſt debẽtem de his pſcrutationez facere, accipe vnũq̃dq; eoꝝ q̃d eſt: poſtea ſic de habitis. Si aũt oportet dicere q̃d vnumq̃dq; ipſoꝝ ſit, vt q̃d intellectiuũ, aut ſenſitiuũ, aut vegetatiuũ. Prius adhuc dicẽdũ eſt quid ſit intelligere, ⁊ q̃d ſentire: priores enĩ potẽtijs actus, ⁊ opationes ſm̃ rõnem ſunt. Si autẽ ſic eſt, his adhuc priora oppoſita oportet cõſiderare. Quare de illis primũ oportebit determinare ꝑpter eãdem cãm: vt de alimẽto, ⁊ ſenſibili, ⁊ itelligibili.

Collectanea text° cõ^{ti} 33.

¶ Sicut in p̃mo inquit Auer. cognitio alicuius gñis ſcibilis nõ cõplet̃, niſi ꝑpter duo, ꝑpter. ſ. cognẽz diffõnis, ⁊ accñtiũ ꝓpoꝝ illi, vt etiã in poſteriorib⁹ dictũ eſt. quum ergo eẽntiã exq̃ſiuit, nũc trãſit ad accñtia, ⁊ inde iteꝝ ad eẽntiam, q̃d h̃, vt doctrina ſit optior. Et ꝓponit intẽtionẽ, ⁊ cãm eius, ⁊ inq̃t aũt ꝓ ſed, debẽtẽ pſcrutationẽ, ſcilʒ ſciẽtificam facere de his. ſ. diffõne ꝓpa, ⁊ cõi aię, neceſſariũ eſt accipe vnũq̃dq; eoꝝ q̃d eſt ſupple ſicut ſcimus. poſtea inueſtigare de his. i. potẽtijs, quas enumeraũerat, ⁊ alijs accñtibus eis. ſi aũt opʒ dicere quid vnũq̃dq; ipſoꝝ, vt q̃d itellectiuũ, ⁊ ſenſitiuũ, aut vegetatiuũ, p̃us adhuc dicẽdũ q̃d ſit intelligẽ, ⁊ q̃d ſentire enĩ pro q̃a actus, ⁊ opationes p̃ores ſunt ſm̃ rõnez. i. cognitionẽ potẽtijs. ſi aũt ſic ſup. eadẽ rõne, oppoſita. i. obĩa his priora opʒ ꝯſiderare, de illis vtiq;. i. ergo p̃^{m} oportebit determinare ꝑpter eãdem cauſam, vt de alimẽto, ⁊ ſenſibili, ⁊ intelligibili. i. obiectis eoꝝum.

Com^{m} 33^{m}.

Cum declarauit. Proponit intẽtionẽ. ⁊ parte. [Et oportet illũ.] Exeq̃t̃, ⁊ tria facit. Primo ꝓponit itẽtionẽ totius capli, vt Ari. facit in textu. 2° ibi [Et quum declarauit.] Apponit viam quam vult tenere. 3° ibi [Et quiʒ narraut.] Oſtẽdit a quo p̃mo erit inchoãdum ſimplr, ⁊ ante oĩa alia, et oĩa hęc patẽt in fine cõmẽti inq̃t, ⁊ vocauit ea oppoſita: paſſiuũ enim, ⁊ actiuũ videtur eſſe quodãmodo oppoſita. Et nũc adde, ſed potẽtię, ⁊ obiecta ſunt tanq̃ paſſiuũ ⁊ actiuũ. potẽtia. n. in p̃n° eſt diſſilis in fine ſilis. ⁊ declarabit̃, quare merito oppoſita ſunt obĩa, ⁊ potẽtię.

Dubitatio

¶ Ambigit q̃dam q̃ eſt nã notius ſemp dʒ eẽ nobis notiʒ, cum noſter modus cognoſcẽdi ꝯformet̃ naturę, act⁹ eſt naturę innotior. g̃ ⁊c̃. ¶ Rñdit Themiſtius. d. Neq; moueri debemus, φ naturę q̃dẽ eſtimatione act⁹ poſteriores eẽ potẽtijs videant̃: quiʒ via ⁊ ratio cognoſcẽdi, alia nobis, alia naturę ꝯueniat. ¶ Sed obijcies: q̃n act⁹ nã eſt notior quum ſit p̃or nã potẽtia ⁊ tp̃e. ¶ Põt dici φ aliq̃ notum nã dupl̃r. vno modo vt cauſa ⁊ p̃n^{m}. alio modo vt finis, ⁊ cõplemẽtũ. 2° modo actus eſt in eodẽ p̃us notus, natura p̃mo modo potẽtia. ¶ Obiecta ergo priora nobis, poſt hęc actus, poſt hos potẽtię, ⁊ vltimo eſſentia animę, vt dicetur.

COMMENTARIVM.

Propoſuit ſe velle dicere de vegetatiuo, ſenſitiuo, ⁊ itellectiuo, quę ſunt potẽtię modo vno, ⁊ aię alio modo, vt dictũ eſt. Nũc x̃o ſtatuit ordinẽ. ⁊ p̃mo ſtatuit ordinem ꝓcedẽdi iter hęc, ⁊ ſua accñtia, aſſerẽs ſe velle p̃us ꝑtractare vnũquodq; illoꝝ q̃d ſit, vt vegetatiuũ q̃d ſit, ſenſitiuũ quid ſit, ⁊ intellectiuũ q̃d ſit, poſtea de his accñtib⁹, quę vnũquodq; illoꝝ ꝯſequunt̃. deinde ordinẽ ꝓcedẽdi iter hęc, ⁊ ſuas opationes, ⁊ dicit φ in pertractãdo de vnoquoq; hoꝝ quid ſit. vʒ. in ꝑtractãdo q̃d vegetatiuũ ſit, q̃d ſenſitiuũ, ⁊ q̃d intellectiuũ. Prius adhuc dicẽdũ eſt q̃d ſit intelligere, ⁊ q̃d ſentire, ⁊ q̃d vegetare: q̃n actus, ⁊ opationes priores ſunt ſm̃ rõnez potẽtijs, quoꝝ ſunt actus. Tertio dat ordinẽ ꝓcedẽdi iter actus ⁊ obĩa, ⁊ dicit, φ q̃a ſic eſt φ ꝓcedẽdũ eſt a p̃oribus ſm̃ rõnem, ⁊ p̃ora ſm̃ rationẽ ſunt obĩa actibus quoꝝ ſunt obĩa. ergo de illis p̃^{m} oportet determinare, ꝑpter eãdem cãm, vt de alimẽto, q̃d eſt vegetatiui obĩm, ⁊ de ſenſibili, q̃d eſt obĩm ſenſitiui, et de intelligibili, q̃d eſt obĩm intellectiui. Ex q̃bus patent tres ordines. Primus eſt potẽtiaꝝ ad ſua accñtia: quę potẽtias illas ꝯſequunt̃. Scđs eſt actuũ ſiue opationum ad ſuas potẽtias: quarũ ſunt opationes. Tertius eſt obĩoꝝ ad actus: quoꝝ ſunt obĩa. ¶ Quo x̃o ad verba attinet, per [vnũq̃dq; q̃d eſt] intelligit vnãquãq; potẽtiam enumeratã, quę potẽtia põt eẽ vno modo v̄tus. alio modo aĩa: vt dictũ eſt. Sũt iſtę tres, quę p̃nt eẽ aię vegetatiuũ, ſenſitiuũ, ⁊ intellectiuũ. Duę x̃o nõ poſſunt eẽ aię appetitiuũ, ⁊ motiuũ de q̃bus duob⁹ in 3° dicet. de vegetatiuo ⁊ ſenſitiuo ſm̃ oẽm faciet in hoc 2°. de itellectiuo x̃o in 3°. Uerbũ x̃o [perſcrutationẽ] gręce eſt λόγον, logon, antiquus interpres expoſuit logon. i. pſcrutationẽ. Simplicius exponit ſciẽtificam ꝯſiderationẽ, ⁊ intelligit per ſciẽtificã ꝯſiderationẽ, q̃a p̃mo intelligimus definitio

Tres ordines

Verboꝝ ꝯſideratio.

nem de vnoquoq; iſtoꝝ. deinde per talé definitioné ea, que per ſe vnicuiq; illoꝝ ineſt. ergo per perſcrutationé Simplicius intelligit doctrinã demõſtratiuã, in qua procedit̃ ad definitioné ſubiecti ad accñtia ꝓpria illi ſubiecto. Verbũ aũt habitis grece eſt ἐχομένων, echomenon, latine habitis, vel cõſequẽtibus, vel cõcomitãtibus. & per echomena Simplicius intelligit que cõſequũtur definita velut aliq̃s exẽtia. ergo intelligit accñtia que cõſequunt̃ vnũquodq; hoꝝ. Themiſtius vero per echomena intellexit ꝓpria, & exponẽs qd per ꝓpria intelligat, inq̃t, ꝓpria & attinẽtia vocamus ea, que cuiq; rerũ per ſe inſunt: & ſic Simplicius & Themiſtius per echomena itelligũt accñtia, que vnicuiq; hoꝝ inſunt. & hoc ſeruabit Ariſ^tes^. nam aſſignata vnaquaq; potẽtiaꝝ qd ſit, aſſignat aliquas ꝓprietates de vnaquaq; illaꝝ, vt vbi cauſa, de viſu, q ꝓprium ſit viſui ſentire a remotis, magis q̃ aliquis ſenſuũ, & ſuſcipe ſpẽs magis intẽtionales, q̃ aliq̃s ſenſus de itellectu q ſit abſtractus: & ſic facit in oĩbus. ergo per habita intelligit Ariſ^tes^ accñtia que vnicuiq; haꝝ potẽtiaꝝ inſunt. Expoſitores etiam nõ ab rõne inter echomena, ſiue habita enumerãt organa. nam Ariſ^tes^ agit nõ ſolũ de accñtibus haꝝ potẽtiarũ, ſed de organis. Patet ergo primus ordo, qui eſt doctrine demõſtratiue ſm Simpliciũ: nõ tñ eſt alienũ Ariſ^tes^ intelligẽ hũc ordiné in doctrina definitiua, quo definitio ſubiecti eſt cauſalis definitio oĩum accñtiuꝫ illius: & tũc nõ erit equiuocatio in vbo logos. Cum vero dicit, Priores. n. potẽtijs actus, & operationes ſm rõnez ſunt, per rõné intelligit definitioné: vt Expoſitor dicit. Eſt enim vbũ rationé grece λόγον, logon modo logos & rõné, & orationé, & cõplura alia ſignat. Cauſa aũt, q ſm rõnez definitiuã actus, & operationes ſunt priores potẽtijs, quia potẽtia, quo potẽtia eſt importat habitudinẽ ad actũ, cũ ſit principiũ agẽdi vel patiẽdi. Et nũc iuxta hãc expoſitioné, ordo potẽtiaꝝ ad actus, vel ordo actuũ ad potẽtias, eſt ordo doctrine definitiue. ¶ Sed dices tu Ariſ^tes^ in pauco ſpatio equiuocaſſet, de iſto noĩe logos, q primo accepit pro doctrina demõſtratiua, hic pro doctrina definitiua. ¶ Poteſt dici q vtraq; doctrina cõuenit in rõne doctrine: & ſic noĩe gñis poſſunt dici doctrine, ſiue logos. vel dicat̃, vt dictũ eſt, q nõ equiuocat, q hic eſt ibi idẽ intelligit: q hic intelligit per rõnez, definitioné qua formalr definitur potẽtia per actũ, ibi per rõnem, etiã definitioné, qua cãliter definiunt̃ accñtia per definitioné ſubiecti. Hanc expoſitioné ſentit Alexã. qui aſſerit actus eẽ priores potẽtijs, q ponunt̃ in rõne illaꝝ. ¶ Themiſtius vero per rationé, ſiue logon itelligit cognitioné quãtitatis virtutis: aſſerit enim ex actionib^9^ nos cognoſcẽ quãte & quales ſint virtutes: ſcimus. n. quãta ſit potẽtia portatiua, ex ipſa delatione ſi fuerit magna vel parua: mẽſurat̃ enim virtus per extremũ & finẽ hoc eſt per maximũ, in qd poteſt. Mihi aũt placet magis prima expoſitio, q Ariſ^tes^ hic non docet ex actibus quãtitates & qualitates po^rum^, ſed definitiones earũ. Cum vero dicit, His vero priora ſunt oppoſita, vbũ oppoſita grece eſt ἀντικείμενα, anticimena: poſſumus aũt per oppoſita itelligẽ obiecta. Obiecta eniꝫ oppoſita ſunt, q virtus eſt agẽs vel patiẽs: obiectũ vero contra agẽs, ſi virtus patiẽs fuerit, vel patiẽs, ſi virtus agẽs. ergo obiecta anticimena h eſt oppoſita dici põt. Eſt aũt terti^9^ ordo actuũ cum obiectis. nam obiecta ſunt rõne definitiua priora actib^9^ ac potẽtijs: vt exponit Alexã. & Thomas. Obiecta enim potẽtiarum paſſiuaꝝ cõparant̃ ad illas, vt actiua: potẽtiarũ vero paſſiuaꝝ, vt fines, & paſſiuũ: modo vtroq; mõ obiectũ formalr ſumptum ponit̃ in definitione potẽtie atq; eius act^9^: dico formalr ſumptũ, q nõ calor ponit̃ in definitione viſus, ſed viſibile. Themiſtius vero per obiecta eẽ priora potẽtijs intelligit, quo ad diſtinctioné, q potẽtie per obiecta diſtinguunt̃. Et licꝫ vtroq; modo obiecta priora ſint potẽtijs: tamẽ hic itelligit ſm definitioné ea eẽ priora. ¶ Sed quêres quo ordine procedit intellect^9^ ad cognitioné ſui. ¶ Dicẽdũ q primo cognoſcẽdo obm, deinde actuꝫ reflexe, demũ ſpẽm obiecti, qua reflexe itelligit ſe, vt 3° huius dicet̃. Huius cã eſt, q nõ eſt in actu intellect^9^ diuinus ecõtra p ſe itelligit, deinde alia, q eſt in actu.

¶ Quare: de alimento gñationeue primo dicẽdum eſſe videt̃. Nutritiua nãq; aia: & caeteris ineſt, & prima eſt & maxime cõmunis aiae vis & potentia qua cũcta viuentia viuũt. Cuius ſunt operationes officiaue: gñare nutrimentoq; vti. haec enim operatio maxime oĩum operationum viuẽtibus eſt nãlis. viuẽtibus inquã hiſce quae ſunt perfecta nõ mẽbris capta quaeq; nõ ſine ſemine oriũtur: vnũquodq; inquã aliud ſibi ſimile procreare aĩal qdem aĩal plãtas autem plãtam vt ſint ſemper hoc pacto conditionẽq; ſubeant quoad poſſunt diuinã. id enim ipſum appetunt vniuerſa: gratiaq; ipſius oĩa agũt quaecũq; ſm naturam agunt.

¶ Quare primo de alimento, & de gñatione dicẽduꝫ eſt. Vegetatiua enim aia & alijs ineſt, & prima, & maxime cõis aie potentia eſt: ſm quã ineſt viuere oĩbus. Cuius ſunt opa gñare, & alimento vti. Naturaliſſimũ enim operuꝫ viuẽtibus eſt quecũq; pfecta, & non orbata, aut gñationem ſpõtaneam habẽt, facere alteꝝ, quale ipm, animal qdem aĩal, plãta aũt plãtam. Quatenus ipſo ſemp, & diuino eſſe participãt, ſm qd poſſunt. Oĩa enim illud appetũt, illius cauſa agunt omnia, quecũq; agunt ſm naturam.

¶ Quum propoſuit intẽtioné exequit̃, & ordinat ſe. d. Quare primo de alimẽto, & gñatione dicẽdũ eſt, tanq̃ de obiectis prime aie. ¶ Vegetatiua enim. reddit cauſaꝫ. & videt̃ q duas intẽdat cãs. vbi debes ſcire q duplici prioritate vegetatiua prior eſt, ſm apparẽtiã. primo in viuis opus eius apparet, & ſm eẽ. Eſt eniꝫ oĩbus alijs cõior, & vlior. & iſta duplici prioritate ſtãte, alia ea erit exordiri. Inq̃t ergo vegetatiua enim aia & alijs ineſt prima ſup. quãtũ ad apparẽtiã, & maxime cõis potẽtia aie eſt, quãtum ad eẽ. cuius rõné q̃ſi reddit. d. ſm quã viuere ineſt oĩbus. propter hec duo prior nobis erit. ¶ Cuius ſunt. Quũ in expoſitiõ accepit vegetatiuã, opa eius diſtinguens, inq̃t, cuius ſunt opa generare. i. propagare, & alimento vti. & aĩt Simpl. in vti alimẽto, auctioné, & cremẽtuꝫ cõprehẽdit: ideo duo enumerauit. in 2° iteruꝫ cõprehẽdẽs duo alia. ¶ Verũ nãliſſimum. Simpliciũ, & Themiſtiũ ſequẽtes, dicimus, q appoſitis tribus viue opibus, qd hoꝝ viuo exiſtit nãlius, oſtẽdit. Et tũc lr̃a legat̃: cum lr̃ veꝝ ſic, veruꝫ nãliſſimũ operũ viuẽtibus eſt quecũq; pfectaꝫ nõ orbata, aut generationé ſpõtaneã habeãt, facere alteꝝ quale ipm: & dr̃ quale, q̃ñ intelligit̃ ſm formã, & nõ ſm accñtia materie: cuius exẽplũ ponit. d. Aĩal qdeꝫ aĩal, plãta aũt plãtaꝫ. ¶ Et hic reddit cãm ex fine. d. quatenus participẽt ipſo ſemp & diuino & imortali eẽ ſm q põt. i. ſm ſpẽm oĩa. n. id appetũt: oĩa agit, quecũq; agũt ſm nãm, illi^9^ cã.

Cuz declarauit. Primo recapitulat & pz. ibi 2° Incepit narrare. propoſuit intẽtioné.

Collectanea text^9^ cõ^m^ 34^t^.

Collectanea text^9^ cõ^m^ 35.

Com. 34^m^

nit intētionē.ꝛ quę dicit iterū ꝓſpicua. ⁋ Et quum decla
ratū.] Inqt modo, ꝛ quiꝫ declaratū eſt ꝙ ꝑ opꝫ ↄſiderā
re de actionibus, ꝛ de paſſiuis.i.de his quę paſſiua dican
tur in p̄n° ante vtutes, neceſſe eſt vt ꝑ loquamur iter oēs
iſtas actiones de cibo, ꝛ de gñatione: quę ſunt paſſiuum
aię, ꝛ actio: cibus enim patiť in ꝑ ꝓpagatio eſt actio. red
dit aūt cām, ꝛ inqt, ꝛ eſt neceſſe vt ꝑ loquamur de aīa nu
tritiua, qꝛ eſt prior nālīter alijs rebus: per quas aliqd dī
viuū.i.qꝛ eſt prior gñatione, ꝛ oīm alijs, ꝛ per ↄñs nobis
ꝓprior. ꝛ qa eſt magis vlis iter alias vtutes aię. ꝛ replicat
rōnem.d. ꝛ inuit ꝛ ꝓpter ꝓoritatē.ſ.naturę, ꝛ gñationis, ꝛ
eius vliratē, opꝫ ꝑponi in cōſideratione. vle enim notius
eſt apud nos ꝙ̄ ꝓpriū. ⁋ Et quiꝫ.] inqt, ꝛ quum decla
rauit h, incepit nāare actiones attributas illi. cuius cām
dat.d. quiꝫ ante debemus ſcire eē: ꝙ̄ qd eſt eē. ꝛ reliquū
patet. [Et dicimus.] debes ſcire ꝙ vbi lrā Simplicij ha
bet [verum nālīſſimum ꝛč.] Trāſlatio Auerrois habet
[Actio enim.] vbi illa particula [enim] reddit cauſam.
eſt ergo ſenſus ſm Auerroim, ꝙ tria ſunt opera vegeta
bilis.ſ.nutrire, augmentare, ꝛ gñare. ꝛ qa generare nō vi
detur apte eſſe opus illius, ideo reddit Ariſto. cauſam, ꝛ
dedit illa intelligere per ly [eniꝫ.] pōt ergo ſyllogiſmus
cōponi ſic, oīs actio nālīſſima alicui, eſt actio illius. tunc
Auerrois accipit minorē, pmo tamē cōcluſionē.d. Et di
cimus, ꝙ generare eſt actio illius vtutis. ꝛ accipit mino
rem.d. Quoniaꝫ actio, quę maxime cōuenit naturę eius:
qd̄ dicit viuum per hāc virtutē, eſt ſibi ſimile in ſpecie
generare. ⁋ Et dat cōcluſiones reqſitas ad ꝓpagatio
nem.d. Et hoc fit tribus cōditionibus.i. ꝛ ad ꝓpagationē
tria requirūtur: quoꝝ vnum eſt, vt ptingat tēpus in quo
habet hāc virtutē, quum nō ſit in eſſe omni tēpore. vult
dicere tēpore virilitatis. ⁋ Secūda eſt, vt cum hoc nō
habeat occaſionē.i.aliquē defectum. Iſta enim impedit
hāc actioneꝫ, lꝫ ptingat tēpus in quo habet hāc virtutē,
vt ꝓueniat ab illo hęc actio. ⁋ Tertia vt id viuum, nō
ſit in eis quę fiant caſu, ſed per ſe: qd̄ dicit ꝓpter anima
lia genita ſpōte, vt veſpe, ꝛ mures, quę quidē forte gene
rant, ſed nō ſibi ſimilia in ſpecie: vt Ariſto. ait in pmo de
Cap.4°. gñatione aīalium. Quādo igiť in viuo fuerint cōgregata
Dubitatio hęc tria, tunc gñabit ſibi ſimile. ⁋ Querit Simplicius
ſi ſunt aliqua indiuidua alicuius ſpēi non gñantia. ergo
dabitur aliquod fruſtra. Reſpōdet hoc non eē incōue
niēs ſm indiuiduuꝫ, ſed bñ ſm ſpēm. Si enim tota ſpe
cies ſterilis ſit, incōueniēs eſt. ⁋ Sed ecōtra de mulo,
mulina enim ſpēs nō generat tota, imo (vt Ariſto. ait in
ſecūdo de gñatione aīalium) habet oīa inſtrumēta gña
tionis, ꝛ genitus eſt ex ꝓpagatione, ꝛ tamē non generat.
⁋ Dicit, ꝙ eſt quaſi caſu genitus, nō tñ fruſtra eſt. quo
niā ſibi ſimile in ſpecie ſubalterna generat, vt Auerrois
Cōmē.18°. dicit 7° metaph. ꝛ 12° metaph. ⁋ Et iſta virtus.] dat ne
Cōmē.13. ceſſitatē illius virtutis ex fine, ꝛ inquit, iſta virtus exiſtit
in viuo, vt gñabile, ꝛ corruptibile cōmunicet cum ſem
piterno ſm ſuuꝫ poſſe. Sollicitudo enim diuina.i.deus,
quum nō poterit facere ipm ꝑmanere ſm indiuiduuꝫ,
miſerta eſt in dādo virtutē: qua pōt ꝑmanere in ſpecie.
ꝛ inquit, ꝙ hāc hāc virtutē eſt melius ſine dubio. Qꝛ aūt
oīa gr̄a ꝑpetui eſſe moueāt teſtatur, ꝛ patet.
Qōnes ⁋ In iſto cōmento ꝛ textu plures occurrūt qōnes, quaꝝ
pma eſt de numero, ꝛ ordine potētiarū animę nutritiuę.
Ambigunt enim quot ſint, ꝛ qualis earum ordo exiſtit.
⁋ Ad qd̄ Auicēna reſpōdere videť in 6° nālium eas eē
vij. ſcilꝫ gñatiuam, augmētatiuā, nutritiuaꝫ, attractiuam,
digeſtiuā, retētiuam, ꝛ expulſiuam. Alij diminutiuā ad
dūt. ⁋ In oppoſitū eſt Ariſto. Themiſtius, ꝛ Simpli
cius, ꝛ Auerrois, qui tñ tres enumerāt: ſcilꝫ nutritiuam,
augmētatiuā, ꝛ gñatiuam. ⁋ Dicēduꝫ ergo tres eſſe vir
tutes animę ad alteras inuiceꝫ nō reducibiles, lꝫ plures
reductiue. qd̄ ſic Albertus in li° de hoīe declarat, omnis
enim virtus vegetabilis vel eſt ad ſubſtātiā, quę eſt for
ma, vel ad ſubſtātiā, quę eſt materia, vel ad robur vtri
uſqꝫ. ſi pmo modo, ſic eſt gñatiua. ſi ſecūdo modo, ſic eſt
nutritiua. ſi tertio modo, ſic eſt augmētatiua. ꝛ quia non
poſſunt eſſe ad plura, inde tñ tres eſſe debēt. ⁋ Qd̄ aūt
dicebať in oppoſituꝫ ſol. patet. Auicēna enim enumera
uit deſeruiētes, ꝛ ꝑncipales, vt Albert° inquit. Ipſa eniꝫ
nutritiua vna eſt: quę diuerſa ſortitur noīa ꝓut diuerſis
vtitur iſtrumētis. Si enim ſicco vtitur ſic retētiua dice
tur. ſi vero frigido, ſic attractiua diceť etiam. ſi calido, ſic
digeſtiua. ſi vero humido, ſic expulſiua. vna ergo vtus, plu
ribus inſtrumētis vtens, patet ꝙ diuerſis noībus dice
tur, vt Alber. inqt. oēs ergo ad ipſam reducūtur. de dimi
nutiua vero patet ipſam nō eſſe opatiuaꝫ, ſed corruptiuā.
ꝛ ideo ad alias reducetur. ⁋ Secūdo ambigūt de ordi 2ª queſtio
ne. Ad qd̄ poteſt dici, ꝙ vel ordo earū ſumitur ſm perfe
ctionem, vel ſm officiū ꝛ miniſteriū. Si ſm opus, ꝛ offi
cium, vel poſſunt ordinari ſm indiuiduū, vel ſm ſpēm.
ſi reſpectu indiuidui, pma virtutū quę indiuiduo cōmu
nicatur, eſt gñatiua, quę ſequiť formā: ſecūda eſt nutriti
ua, quę ſequiť materiā: tertia augmētatiua, quę ſequiť ro
bur, ꝛ quātitatem vtriuſqꝫ. Si reſpectu ſpēi, tūc vltima
erit gñatiua: quoniā primo erit nutritiua, miniſtrās ma
teriam: ſecūdo augmētatiua, miniſtrans formę, ꝛ mate
rię robur: ꝛ vltimo gñatiua, quę miniſtrat ſemen poſt il
las. ⁋ Si ordinatur ſm ꝑfectionē ſic quidā volūt gña
tiuam eſſe primā, quum formā reſpiciat: poſt nutritiuā,
cum reſpiciat materiā: ꝛ vltimo augmētatiuā, quum re
ſpiciat vtriqꝫ accidēs. ⁋ Sed iſti aberrāt: quoniā vtus
nobilitať a fine, vt dicetur in ſuo loco. finis nutritiuę eſt
cōſeruare indiuiduuꝫ, gñatiuę ſpeciē, augmētatiuę eſt fi
nis robur. modo vt Auer. inqt 2° Perigeneſeos. Indui Cōmē.59°.
duum eſt multo ꝑfectius ſpecie. ⁋ Ideo dicēduꝫ q̄ pri
ma dignitate eſt nutritiua. ſcda gñatiua. vltimo augmen
tatiua. Qd̄ dicit in cōtrariū gñatiuam reſpicere formā,
ꝛ nutritiuā materiā. Dicēduꝫ ꝙ ſi per materiā intelligūt
puram potētiaꝫ ad formas, bene dicerēt. modo hoc fal
ſuꝫ eſt, ſed per materiā intelligūt indiuiduū, qd̄ dicit ma
teriā (vt dicit in cęlo ꝛ mūdo) reſpectu ſpēi. modo vt di
xi indiuiduuꝫ nobilius eſt ſpecie. ⁋ Tertio ambigunt, 3ª
vtrū vnūquodqꝫ appetat ſe ꝑmanere ſm indiuiduū. Et
videť ꝙ ſic. natura enim tam vlis ꝙ̄ indiuidua ſemꝑ in
telligit meli°, modo melius eſt eē ſemꝑ ſm indiuiduuꝫ
ꝙ̄ nō eſſe ſm indiuiduuꝫ, vt patet cuilibet. ergo id natu
ra indiuidui fas eſt vt appetat. ⁋ Dicēduꝫ q̄ natura de
poſſibilibus ſemꝑ intēdit, ꝛ appetit qd̄ melius. oſtendo
modo indiuiduū ſemꝑ eē, eſſe rem impoſſibilē duobus
modis, pmo ex parte naturę ꝑticularis, ſcdo ex parte na
turę vlis. Ex parte naturę ꝑticularis cōſtat. Indiuiduuꝫ
enim quum ex materia ꝛ forma cōſtet, ꝛ omne cōſtans
ex his ipoſſibile eſt ꝑpetuari. Inde ſequiť indiuiduuꝫ ꝑ
petuari eſſe, ſm eius naturaꝫ ad ipoſſibile. ⁋ Scdo ex
ordine vniuerſi: ſicut enim Ariſt. ait in cęlo, ꝛ mūdo, mū
dū eſſe ꝑfectū teſtātur oēs, ipſumqꝫ eſſe pulchrū ꝛ Pla
to Ariſto. cōcors eſt. pulchritudo aūt in difformitate cō
ſiſtit. ergo nō oportet oīa eſſe ęterna, tūc enim mūdi pul
chritudo, ꝛ illius ꝑfectio ammoueretť. quare quedā ſem
per eē, ꝛ quedā ſemꝑ nō eſſe, ꝛ quędā quādoqꝫ eē, ꝛ quā
doqꝫ nō eſſe, Ariſto. in cęlo ꝛ mūdo ↄcludit. hꝫ quę quā
doqꝫ nō ſunt, ꝛ quādoqꝫ ſunt, indiuidua erūt. ea ergo eē
ſemꝑ, ex ordine vniuerſi remanētia, manifeſtuꝫ eſt eſſe
Collectanea text⁹ cō̄ti 50ⁱ. ¶ Circa iſtam lrā expoſitores gręci inuicē diſcrepant. Simplicius duas inducit commentationes. Inquit ipſe in pma ac duplr dicto quo nutrit̄: calidum gdē mox in hoc collocabit̄. igit̄ alterū quo nutrit̄ audiendū aīam. vult ergo Simplicius φ duo ſunt gb⁹ ſit nutritio, agens pncipale: vt aīa, ⁊ inſtrumētale vt calor, ⁊ cibus. Quēadmodū quo gubernat̄ nauis duo ſunt. ſ. vnū pmū agēs. ſ. nauta, ⁊ vnū inſtrm, vꝫ, manus ⁊ themo: ⁊ tūc p manū, ⁊ themonē Simplicius intelligit inſtrm nauigationis. tacuit aūt ſm ipſū exēplū de agēte pncipali. ſ. de nauta: qm̄ pꝫ. Et tūc verificat lrā ſequētē. ſ. Hoc gdē mouēs ⁊ motū, vt inſtrm: cuiuſmodi eſt manus ⁊ themo. Id aūt mouēs ſolū. ſ. nauta. ſic inquit Simplicius, aīa mouens tm̄, calor, ⁊ cib⁹ mouētia mota. ¶ Aliter exponit Simplici⁹: vt Ariſto. hic diſtinguat inſtrm nutritionis in duo: quū inquit. Eſt autē quo alit̄ .i. inſtrm alimonię duplex: ſicut ⁊ quo gubernat̄ .i. inſtrm gubernationis ⁊ manus ⁊ themo, ⁊ ponit drīaꝫ eoꝝ: hoc gdem ſꝫ inſtroꝝ mouēs ⁊ motū: vtpote nutrimentū: eſt .n. motū a calido: mouet vero nutribile: vtpote pxime augēs ⁊ ꝯſeruās. id aūt mouens ſolum: vt calidū: eſt enī mouēs nō motū: quia nō mouet̄ ab aliquo extrinſeco ab ipſa aīa, ſed ſolū ab aīa: ⁊ hanc expoſitionē ſecunt̄ latini oēs. ¶ Sed hęc expoſitio peccat apud me: pmo qm̄ calor adhuc pōt moueri ab aliquo extrinſeco ab aīa. potētia .n. nutritiua eſt ſm rē diuerſa ab eſſentia aīę, ⁊ mouet̄, aīa mouet calorem per potentiā diuerſam, ⁊ ſuꝑinſecā ab eſſentia. Pręterea nutrimentū eſt mā̄ nutritionis: ergo nō eſt inſtrm actiuum nutritionis: quare nō videt̄ expoſitio hęc lrę conueniēs. ¶ Aliter ergo Themiſtius, cū Simplicio cōueniēs in parte. inquit inſtrm Ariſt. h̄ diuidere in duo: quoꝝ vnū mouens nō motū dicit, ⁊ eſt potētia aīę: quę a nullo extrinſeco mouet̄. aīa .n. vim ſuā ipſa ex ſe ꝓfert, ⁊ tanꝗ̄ de ſinu ſuo promit. Alterū mouēs motū: vt calor. aīa .n. calorē tanꝗ̄ mathematicū quoddā extrinſec⁹ adhibet, ⁊ ſic vult Themiſti⁹ φ manus cōparat̄ gubernatori tanꝗ̄ potētia ipſius aīę. themo velut calor aīę. ⁊ ſic ſm Themiſtiū de inſtris diſtinguit: lꝫ a pn̄° ad illa inſtra ſit diſſimilis. Et expōni Themiſtij conſonat trāſlatio byzantij. inquit enī, id aūt quo nutrit aīa duplex eſt. Ecce quō de inſtro diſtinguit, ⁊ nō de agente cōiter vtriqꝫ, inſtro. ſ. ⁊ agēti. ¶ Omne aūt.) Quid faciat hic Ariſto. in cōmēto patebit: qm̄ omnes expoſitores cōueniunt.

Cum demonſtrauit. Debes ſcire φ concurrētia ad alimoniam ſunt aīa tanꝗ̄ agens principale, ⁊ inſtrumēta. v.g. potentia aīę, ⁊ calor. ergo lrā pōt duob⁹ modis intelligi. Uno modo vt diuidat cōcurrētia ad alimoniā: ita. ſ. vt dicat φ quo .i. cōcurrentia ad aliū duo ſunt: ſicut ⁊ quo gubernat̄, ſupple pncipale, ⁊ inſtrumētale. principale in nauigatione nauta. inſtrumētale themo. Alio mō vt hic nō diuidat, ſꝫ ſubdiuidat: qm̄ ſup. ibi (Quū aūt ſūt tria) diuiſit, nūc ſubdiuidit inſtrm in duo: in inſtrm non motum ab extriſeco: vt potētia apud Themiſtiū, vel calor apud Simpliciū. ⁊ motum ab extrinſeco: vt calor apud Themiſtiū, vel cibus apud Simpliciū. ſcdo modo exponunt gręci: pmo modo exponit Auer. cū quo Simplicius in pma ſua expōne conuenit. ¶ Inquit ergo Auer. quū demrauit modos actionis aīę nutritiuę, ⁊ deſcripſit eas, ⁊ deſcripſit nutritiuā. Incepit declarare mō inſtrumentū primū: per qđ iſta aīa agit in cibū. Iam enī fuit dictū vl'iter, φ iſta diffinitio aīę eſt perfectio corporis organici, ſꝫ ſupple illa diffinitio nō ſufficit, ⁊ quia. ſ. nō pōt inſtrm primū hꝰ aīę ſciri: niſi ſit diuiſio cōcurrētiū: ideo diuidit Ariſto. ꝯcurrētia, ⁊ inquit Auerrois, ⁊ id per qđ complet̄ actio nutrimēti eſt duplex. ſ. primū mouēs: qđ mouet, ⁊ nō mouet̄, ⁊ pmū mouēs qđ mouet, ⁊ mouet̄. Et addit expoſitionē. ſ. Et ſupple mouens: qđ mouet ⁊ mouet̄, eſt id, qđ eſt de primo motore .i. qđ cōparat̄ ad primū motorē tanꝗ̄ ſubiectū .i. inſtrm: vt themo, ⁊ pm⁹ motor de eo quaſi forma: vt manus .i. nauta, eſt enī figura ſinecdoche: put pꝫ accipit̄ pro toto. ¶ Et de h̄ qđ.) Cōcluſio lrę ergo eſt, φ in nutritione dat̄ primū motū ex ſe: cuius vna pars mouet tm̄: altera mouet ⁊ mouet̄, ſicut cęlū habet hꝰ duas partes. Et hęc cōcluſio poteſt ſyllogiſari ſic, omne primū motū ex ſe corporale eſt cōpoſitū ex motore mouente tm̄, ⁊ motore moto: ſed calidum vitale eſt primū motū ex ſe corporale in nutritione: ergo cōponit̄ ex motore moto, ⁊ motore mouēte tm̄. modo qđ ſit motor mouens tm̄ expreſſū eſt hic. ſ. aīa, ⁊ motor motus etiā. ſ. calor igneus. Maior ergo hui⁹ declarata eſt in octauo. Minor in hoc libro, ⁊ cōcluſio etiā hic expoſita eſt. Inquit ergo: ⁊ de hoc φ dixit .i. de iſto ſyllogiſmo, quędam declarauit hic: ſcilicet minorem, ⁊ concluſionem, ⁊ quędam in ſermonibus vniuerſalibus: ſcilicet maiorem. ⁊ exponit hoc, dicens: quod igitur declaratum eſt hic, eſt φ aīa nutritiua eſt primū mouēs in cibo, ⁊ qđ agit in cibo per calorem: per quē ſit digeſtio: ⁊ hec fuit cōcluſionis expoſitio. Utrum autē opꝫ, vt mo- Com^m 50^m

ueat ⁊ nõ moueatur: ſm ꝙ eſt primũ mouens, ⁊ ꝙ calor
moueat: ita ꝙ moueatur a primo motore, declaratũ eſt
in ſermonib' vltib'. declaratũ eſt.n. illic, ꝙ ois primus mo
tor, ſi fuerit corpalis, cõponit̃ ex motore non moto, ⁊ ex
motore moto: ſm ꝙ cõponit̃ res ex mã, ⁊ forma. Et hec
fuit maior: ⁊ ſic pʒ qualr hĕ demſtratio ptĩʒ eſt aiaſtica.ſ.
quãtũ ad minorẽ, ⁊ ad expõneʒ ↄclonis: partĩʒ phyſica
lis, quãtũ ad maiorẽ, ⁊ ↄclonẽ ſimplr ſumptã: non.ſ.ex
poſitã. ❡ Sed eſt dubitatio.] Mouet.q. difficilem: qm̃
vĩ in hac demſone cõmitti fallacia equocationis: maior
eniʒ demſonis tenet in motu locali. minor autẽ in motu
alterationis: alterare.n. cibũ alterationis eſt motus. ğ nõ
ſequit̃ ↄclo. Hoc inquit: ſed eſt dubitatio in hoc qđ dixi
mus: mot'.n. ṽtutis nutritiuę, ſup. circa cibũ, eſt in caplo
alterationis: ⁊ ſic minor eſt in motu alterationis vera, ⁊
illud qđ mouet ex ſe: qđ cõponit̃ ex motore nõ moto, ⁊
ex motore moto, non inuenit̃ niſi in motu locali.i. maior
eſt vera in motu locali: cui' rõneʒ reddit.d. In motu eiʒ
alterationis nõ inuenit̃ motũ ex ſe. nõ.n. eſt neceſſe vt p̃m̃
alterãs corporeũ alteret̃, ſup. ex ſe: ⁊ tũc alteret: ſicut eſt
neceſſe in p̃mo motore corporeo.ſ. vt nõ moueat in loco
niſi moueat̃. quo igit̃ dicit.i. ↄcludit hic in alteratiõe nu
tritiuę, q' alterũ corp̃ eſt mouẽs motũ, ⁊ alterũ mouens
tñ: quaſi dicat non dʒ hoc inferre: quũ fallacia cõmittat̃
ↄñtis, ⁊ equiuocationis in p̃miſſis. ❡ Debes ſcire vt in
phyſicis accipit̃, ⁊ 2° capite de ſuba orbis, ꝙ dĩa eſt in
ter p̃mũ motorẽ corporeũ in motu locali: ⁊ in motu alte
rationis. in motu.n. locali p̃mus motor corpore' nõ põt
mouere niſi moueat̃ ab intrinſeco. in motu alterationis
p̃mus motor corpore' alterat alia, ⁊ nõ opʒ vt alteret ſe:
vt pʒ. Primũ.n. alterãs eſt corp' cęleſte: qđ alterat, ⁊ nõ
opʒ vt alteret̃ a ſe, nec ab alio. cã aũt huius dĩę differat̃
ad tps. ❡ Et dedit exẽpluʒ.] Mouet ſcdaʒ difficultateʒ
circa exẽpluʒ ⁊ pʒ. ❡ Dicamus igit̃.] Abſoluit.q. ⁊ duo
bus modis: modus ſcđs ibi [Et poſſumus dicẽ.] Prim'
modus ſoluẽdi eſt, ꝙ predicta ↄclo põt duplr demſtrari.
Uno mõ demſone nũc expoſita: cui' maior in octauo, ⁊
minor hic declarate ſunt. Alio mõ per duas ꝓpoſitiões
quas ponit dicẽs. dicamus igit̃ qm̃ propinquũ alterans
cibũ dʒ eẽ corp' calidũʒ, manifeſtũ eſt ſup. per ſe: deide
accepit ſcdaʒ.d. Qm̃ hõ corp' calidũʒ alterãs nõ ſufficit
in eſſendo p̃mũ mouens iſtud motũ.i. nutrimentũ, decla
ratũ eſt p̃us cõtra Democritũ: qm̃ dixit ꝙ calor nõ ſuffi
cit in agendo actionẽ alteratiuã terminatam, niſi ſit illic
alia virt' quę eſt corp', ſed nõ eſt in corpe. Ex his infert
ↄclonẽ.d. Corpus igit̃, qđ eſt p̃mũ alterãs, cõponitur ex
alterãte: qđ nõ alterat̃.ſ. aia, ⁊ ex alterãte alterato.ſ. calo
re nãli: ⁊ tunc recolligit ↄclonẽ.d. Declaratũʒ eſt ergo, ꝙ
id per qđ ſit nutrimentũ eſt duplex.ſ. alterãs nõ altera
tũʒ: oẽ.n. alteratũ eſt corpus, ⁊ iſtud.ſ. alterãs tñ, eſt aia,
⁊ eſt alterãs alteratũ.ſ. calor nãlis: quare ↄcludit ꝙ mo
tus hic capit̃ large pro motu vlr. ❡ Et ſm hanc.] Hoc
habito rñdet ad formã.q. ⁊ inquit. Et ſm hãc expõnem
nõ indigemus illo: qđ declaratũʒ eſt in illo ſermone.i. in
octauo.ſ. q' p̃m' motor corpalis in loco cõponit̃ ex mo
tore nõ moto, ⁊ ex motore moto. eſt ergo ſol. ꝙ demon
ſtratio ꝓpoſita peccat per fallaciã equiuocationis: vt qđ
declarauit: attamẽ Ariſto. nõ errauit: quũ ↄclonẽ non ea
demſtratione: ſed hoc mõ fundata in duob' ꝓpõnib', de
monſtrauit ↄcluſionẽ ꝓpoſitã. ❡ Et poſſumus.] Aliter
abſoluit.d. Et poſſumus dicere ꝙ calor nãlis nõ alterat
cibũ niſi p̃mo moueat̃ in loco. Declaratũ eſt eniʒ ꝙ mo
tus localis antecedit alios motus, ⁊ maxime iſtuʒ motũ:
qui eſt terminatus.ſ. qui alterat reʒ in alia hora, ⁊ in alia
nõ, ⁊ etiã nõ alterat tñ: ſed attrahit ⁊ expellit cibũ, ⁊ hoc
eſt mot' localis. Et ſm hãc expõneʒ erit demſtratio mani
feſta: ſed p̃ma expoſitio vĩ magis cõueniens. Eſt ğ ſcda
ſol. ꝙ alteratio eſt duplex: vno mõ pura: alio mõ mixta
locali motui. Primo mõ minor demõſtrationis p̃dictę
nõ debet intelligi: vt pʒ. Scđo maior ⁊ minor pñt veri
ficari: ⁊ ſic nõ cõmittit̃ fallacia equiuocationis: quũ ma
ior ſit vera taʒ in motu locali, q̃ʒ alteratiõe mixta motui
locali: ⁊ ſic minor bene accipit̃ ſub minori. ❡ Dixit tñ
ꝙ p̃ma expoſitio eſt melior: quia vlior, qm̃ ſcđs modus
reſpõdendi nõ eſt cõis plantis. calor eniʒ plãtaꝝ nõ mo
uetur de loco ad locum propter cibum plantaꝝ alterã
dum, ſed ſolum aialis calor facit illuʒ motum. ❡ Sed Dubitatio.
ambiges in p̃ma, vtrũ aia ſit regula cognoſcitiua an nã
lis. ſi cognoſcitiua, ergo augmẽtatio fieret ad voluntatẽ
noſtrã: ſi naturalis, ergo nõ eſt p̃ma regula: ſʒ adhuc in
digebit regla priori: adhuc aia mouet̃ per accidẽs: ergo
nõ eſt mouẽs imobilis. ❡ Dicẽdũʒ ꝙ illa regula eſt re Solo.
gula per moduʒ naturę: nec ſequit̃, ꝙ indigeat alia: niſi
eſſet in ſui natura illimitata: ſicut calor nãlis, vt conſtat.
❡ Scđm nõ valet: qm̃ intelligit per mouẽs imobile.ſ.
mouẽs qđ nõ mouet̃ ab aliquo extriſeco per ſe: ⁊ ſic eſt
imobile p̃ p̃uationẽ motoris extriſeci p̃ ſe. ❡ Et etiã fuit
exẽplũ largiter.] Abſoluit ſcdaʒ ⁊ inqt. Et ẽt fuit exẽplũ
largiter acceptũ. nau'.n. eſt p̃mus motor nauis, ſed ipſe
gubernator. ergo exẽpluʒ eſt poſituʒ tanq̃ʒ manifeſtans
nõ tanq̃ʒ verũ. Reliquũ cõmenti pʒ.
❡ Accidunt ambiguitates: p̃ma qm̃ Ariſto. ꝑmiſit p̃mo Dubões.
obiecta, poſt actus, ⁊ tertio potentias deſinire, ⁊ vltimo p°
eſſentiã, ⁊ hoc nõ fecit. tñ eniʒ obiecta, ⁊ actus oẽs defi
nit. de potẽtia aũt vnã tñ.ſ. nutritiuã, ⁊ trãſit ad eſſentiã:
cur nõ diffinit augmentatiuã, ⁊ gñatiuã, ⁊ tunc animam.
❡ Scđa difficultas eſt: qꝛ videt̃ ꝙ diffinitio Ariſt. data 2°
de nutritiua ſit inſufficiẽs: qđ pʒ per illaʒ quã dat Auič.
6° nãliũʒ. vbi inquit nutritiua potẽtia eſt vis aię vegeta 6° particula,
bilis cõuertens corp' a corporeitate in qua erat in ſilitu vltio capite.
dine corporis in quo eſt, ⁊ vnit ei cibũ pro reſtauratione
eius: qđ ſolutũ eſt ex illo. Diffinitio aũt Ariſt. eſt data tñ
per materiã ⁊ fineʒ: ergo hęc eſt cõpletior. ❡ Tertia eſt 3°
qđ eſt mot' nutritionis, ⁊ qđ augmẽtationis, ⁊ quo diffe
runt, ⁊ an ſint mot'. ❡ Ad p̃mã dicẽdũʒ ꝙ Ariſto. dif
finit act' tres, ⁊ obiecta tria, ⁊ potẽtiã nutritiuã tñ. relin
quit aũt alias duas: qm̃ de ſilib' idem eſt iudiciũ: docuit
eniʒ vnã definire ex obiecto, ⁊ actu: ⁊ tu ſimilr alias diffi
nire ſcias: qm̃ ſilia eodeʒ modo diffiniẽda: vt pʒ. ❡ Ad
ſcdaʒ dicẽdũʒ ꝙ diffinitio Auicẽne tangit mãm in qua:
quũ dicit. [Uis aię vegetabilis.] Tangit ꝓpriũ actũ ei':
quũ dixit. [Conuertẽs.] Propriũ eniʒ eſt nutritiuę con
uertere. tangit mãʒ circa quã: quũ inquit. [corpus a cor
poreitate in qua erat in ſimilitudine corpis in quo eſt.]
Tangit finẽ operis: quũ inquit. [Et vnit ei cibuʒ.] Finis
eniʒ toti' operis nutritiuę eſt vnio cibi in ſubaʒ nutribi
lis tangit ⁊ finem intẽtionis vltimę: quũ inquit. [Pro re
ſtauratione eius: qđ ſolutũ eſt ex illo.] Hic eniʒ eſt finis
intẽtionis nutritiuę ſimplr, ⁊ vltimus, ⁊ ↄſtat. ❡ Ariſto.
aũt in ſua diffõne tangit ſubm quũ dicit. [Principiũ nu
tritiuũ ẽ potẽtia aię hĕ] .ſ. vegetabilis. aia.n. vegetabilis
ſubm eſt potẽtię. tangit actũ ſaltem in potẽtia: quũ dicit.
[Poſſibilis ſaluare.] Tangit finẽ quũ dicit. [Suſcipiẽs
ſm ꝙ hĕ.] Modo hęc diffinitio nõ eſt diminuta: quiʒ
res naturalis nõ habeat diffiniri niſi per materiã, ⁊ for
maʒ. qđ igitur eſt additum in diffinitione Auicẽ. non eſt
additum tanq̃ʒ neceſſariũ: ſed tanq̃ʒ vtile. ❡ Ad tertiuʒ
dicẽdũʒ ꝙ motus nutritionis põt cõparari ad ſubiectũ
ꝓpriuʒ particulare, ⁊ ad ſubiectũ ſimpliciter ⁊ totale: eſt
enim ſubiectũ ꝓpriũ particulare materia cibi: in qua ſit

diſpoſitio, decoctio, digeſtio ꝛc. Subiectū totale ſimplr
eſt totū ipſuȝ nutribile: qḋ denoiaṫ nutriri. ⁋ Amplius
pōt cōparari ad terminū in ſe, ꝛ ad terminū relatum in
cōparatione ad aliud. Termin⁹ in ſe eſt caro inquātum
eſt quoddaȝ indiuiduū ſpeciei carnis. Terminus relat⁹
ad aliud eſt caro: vt pars mālis toti⁹ nutribilis: eſt.n.ca
ro mā ſcḋa nutribilis, vt conſtat. ⁋ Silr ꝛ augmētatio
pōt cōſiderari reſpcū ſubti ꝓprij ꝛ pticularis, vt eſt mā
cibi in qua fit inductio diſpōnū, ꝛ reſpcū ſubti totalis: vt
reſpectu toti⁹ viui augmētabilis. ⁋ Silr id qḋ acqritur
per augmētationē pōt duplr ꝯſiderari. Uno mō abſolu
te, ꝛ ſic eſt caro ſub rōne maioris quātitatis q̄ ſit deꝑdi
ta. Alio mō in ordine ad aliud, ꝛ ſic eſt caro q̄ta maiori
quātitate q̄ ſit deꝑdita: inquātuȝ facit totuȝ q̄tū maius
q̄ ṗus erat. ⁋ Ex his ſeqꝛ ꝙ idē termin⁹ eſt augmēti, ꝛ
nutritionis, nō tn̄ eadē rōne. termin⁹.n. nutritionis eſt ca
ro. terminus augmēti caro ſub rōne quāti: vt Ari. dixit.
ideȝ eſt ſubm ēt, ꝛ eadē ṗn⁹ diuerſimode ſm deficiēs, ꝛ
fortificās variata: vt pȝ. ⁋ Tunc dico ꝙ ſi nutritio con
ſideraṫ reſpcū ſubti ꝓprij, ꝛ termini ꝓprij, ſic eſt gñatio
vera ꝛ ſimplr, ꝛ nō mot⁹, qm̄ ꝑ taleȝ nutritionē mā cibi
variaṫ in noie ꝛ diffōne. Silr ꝛ augmentatio erit gñatio
ſimplr, vt ſic. caro.n. gñabiṫ, quā ꝯſeqꝛ determiata quā
titas. ⁋ Si vō nutritio referaṫ ad ſubȝ totale, ſic eſt ve
rus mot⁹, qm̄ ſubm idē nō variaṫ in noie ꝛ diffōne: qm̄
ſit ideȝ nutribile nūo in ṗn⁹ ꝛ fine ſm formā: lȝ variatū
ſm māȝ: penes quā nō variaṫ nomen ꝛ diffō. ⁋ Silr ꝛ
augmētatio reſpectu ſubti totalis eſt mot⁹: quū eo nō va
rieṫ in noie, nec in diffōne: ꝛ ſic pȝ q̄lr nutritio, ꝛ augmē
tatio ſunt vnus mot⁹ in ſubto, ꝛ differūt rōne: ꝓpter dif
finitionē diuerſaȝ terminoꝝ. ⁋ Ex his ſeqꝛ ꝙ ſtat vnaȝ
mutationē eē gnōnē reſpectu aliquoꝝ, quę eſt mot⁹ rē
alioꝝ, vt gñatio carnis eſt gñatio abſolute, eſt tn̄ motus
nutritionis rē totius nutribilis. ⁋ Silr augmētatio eſt
gñatio carnis tātę q̄titatis in ſe, rē toti⁹ eſt augmētatio
ꝛ mot⁹. ⁋ Et h̄ pōt exēplo patere. v.g. ſit vn⁹ cumulus
lapiduȝ hic, ꝛ ad imaginationē deſtruaṫ vn⁹ q erat vni⁹
pedis: deinde hinc ad horā reſtaureṫ vnus ſilis quātita
tis duoꝝ peduȝ: iſta inſtauratio rē lapidis noui in ſe eſt
gñatio lapidis, reſpectu toti⁹ cumuli eſt nutritio: qꝛ reſo
luti reacqſitio, ꝛ augmētatio: qꝛ maioris q̄titatis q̄ fue
rat deꝑdita reſtauratio, ꝛ vno ꝛ codeȝ inſtāti eſt gñatio
rē hui⁹, ꝛ mot⁹ rē cumuli, vt cōſtat. ⁋ Sed dices igiṫ
Cōmē.5°. aliqs mot⁹ erit in iſtāti ꝯ Auerroeȝ 3° phicoꝝ. ⁋ Adhuc
nutritio in qua ſpē mot⁹ eſt. ⁋ Dōm ꝙ mot⁹ vt motus,
ſemꝑ eſt ꝯtinu⁹ ꝛ ſucceſſiu⁹. ſ. ſub rōne gñis: tn̄ rōne ſpēi
Cōmē.31°. pōt eſſe ſubit⁹: vt Auer. inquit in 8° phicoꝝ. ⁋ Ad ſcḋaȝ
dōm, ꝙ lȝ mot⁹ augmēti ſit in caplo q̄titati: in q̊ eſt ſu⁹
termin⁹ fōalis, nutritio ſi ꝯſidereṫ rē ſubti ꝛ termini ꝓ
prioꝝ eſt gñatio, ꝛ in ſubā, vt pȝ. Si rē ſubti totalis in
nulla ſpē mot⁹ enumeraṫ ab Ariſto. qm̄ terminus ſu⁹: vt
ſic eſt caro vt mā toti⁹. mō mā nullaȝ limitat ſibi formā
ꝛ ſpēm: ꝛ ſic in nullo predicamēto erit: quę ergo ſpectāt
ad aiaȝ vegetabilem h̄ ſunt.

COMMENTARIVM.

Verba huius textus non ſunt leuia, eſt aūt no
bis argumēto, ꝙ gręci nō codeȝ
Prīa expoſitio Simpli. mō exponūt. Simplicius ēt in vna expōne nō eſt ꝯten
tus. ṗma ḡ Simplicij expoſitio eſt, ꝙ Ari. velit duplex
eſſe quo aliṫ, ſiē quo gubnaṫ. ṗncipale, vt nauta: inſtrm,
vt themo. In ope vō nutritionis ṗncipale quo eſt aia,
inſtrale eſt caliduȝ. Alimētuȝ vō, nullo pacto concurrit
niſi, vt mā, ꝛ patiens: ꝛ ſic nō eſt alienū ꝑ manū intelligē
nautā: vt Auerroes itelligit: lȝ Simplicius velit illa eſſe
exēpla inſtrī: qꝛ ſm ipm exēplum ṗncipalis quo tacuit:
ergo vna expoſitio eſt, vt diuidat quo in duo, in ṗncipa
le, ꝛ in inſtrale: vt in gubernatiōe manus. ſ. nauta eſt ṗn
cipale quo. Themo vō inſtrale. Alimētū vō nec ṗncipa
le, nec inſtrale, ſed tn̄ qḋ decoquiṫ, ꝛ patitur. Neceſſitas
vō hui⁹ expōnis eſt, qꝛ ſupiori textu dixit aiaȝ eē alens,
qḋ nō vī ꝯſonū: naȝ agēs eſt cōpoſitū, ꝓpterea ad tollē
dam in dictis ſuis ꝯtrouerſiā, dicit aiaȝ eē alens, vt quo
ṗncipalr, naȝ alens vt qḋ totale eſt cōpoſitū aiatū. Hęc
eſt vna Simplicij expoſitio. ⁋ Aliter exponit, nam ſu 2°
peri⁹ dixit alimentū eſſe quo aliṫ. Propterea pōt quęri
quō eſt quo aliṫ: ideo diſtinguit duplex inſtrm: alterum
mouēs tn̄ nō motū, vt man⁹, quę mouet themonē, ꝛ nō
moueṫ ab aliquo exteriori corꝑe: ſȝ ab aia, quę eſt in ipa
manu. Alterū mouēs motū vt themo, q moueṫ ab exte
riori corꝑe. ſ. manu, ꝛ mouet exteri⁹ corp⁹. ſ. nauiȝ: ita quo
in opere nutritionis mouēs nō motū eſt caliduȝ, qḋ non
moueṫ ab exteriori corꝑe, mouēs motū eſt alimētū, qḋ
moueṫ, vt decoquiṫ: mouet vō, vt cōuerſuȝ in ſubaȝ nu
triti ꝯſeruat. ⁋ Certe hęc expoſitio bene in collectaneis
repręhēdiṫ. Uñ meo iudicio vtraqȝ expoſitio reprehē
denda eſt. ṗma qdeȝ, qꝛ Ariſtoteles voluit aiaȝ eſſe ṗnci
pale alens, ꝛ qḋ alit, dicere vō aiaȝ eē quo aliṫ, eſt arguiṫ
Ariſtoteleȝ de incōſtātia. Scḋa vō qꝛ caliduȝ vī moue
ri ab exteriori agēte, vtpote a potētia animę, quę differt
multū a calido. Pręterea ꝑdiuum eſt dicere aliquo mō
alimentū eſſe agēs inſtrumētale. ſ. nec ꝯſeruatiuum, nec
effectiuū. ⁋ Themiſtius ergo aliter exponit. Nam cuȝ Themi. expō.
Ariſtoteles dixit ſupius alimētū eſſe quo aliṫ, poſſet qs
credere alimentū eſſe, quo inſtrale ṗncipiū nutritionis:
ideo ad tollendaȝ ꝯdictionē in eius dictis videt, ꝙ cum
dixit alimentū eē quo, alitur, nō ſumpſit quo, pro inſtru
mento, ſed pro mā idonea, ſine qua nō fit munus nutri
tionis, ꝛ qḋ nō ſit quo inſtrumētale, oſtendit diſtinguēs
quo alitur, cuȝ inquit. Eſt aūt quo alitur. ſ. inſtrumētale
duplex, ſicut eſt duplex quo inſtrumētalr nauis guber
naṫ: manus, vȝ, ꝛ themo: themo qdē mouens ꝛ motuȝ. ſ.
ab exteriori agente: illud aūt. ſ. manus mouens ſoluȝ nō
motū ab exteriori corpore, ſed ſolum ab aia: quę in ipſa
eſt. Sic in munere nutritionis omne alimētū neceſſariū
eſt poſſe decoqui, ꝛ eſt vt nauis, quę moueṫ, ꝛ nihil mo
uet. Alimentū aūt ſimilr moueṫ tn̄, cū patiaṫ decoctio
nem, ꝛ nihil mouet: operaṫ aūt decoctionē calidum. cui⁹
ſignū eſt: qꝛ omne aiatuȝ habet calorē. ergo calidum eſt
inſtrm mouens motū. Mouet.n. alimentū, moueṫ a po
tentia aię, quę eſt qd exterius ab ipſo calido. Supplēda
vō eſt lrā, ꝙ mouēs nō motū eſt virtus aię, quę nō mo
uetur ab aliquo exteriori, cum ipſa ſit cōiuncta aię. ergo
ſicut in gubernatione eſt nauis, quę mouetur tn̄: eſt ma
nus, quę mouet tn̄: ꝛ themo, qui mouet nauiȝ, ꝛ moueṫ
a manu, ſic in munere nutritionis eſt qḋ moueṫ tn̄. ſ. ali
mentū eſt qḋ mouet tn̄, aię virtus altrix, quę mouet ca
liduȝ, ꝛ a nullo exteriori agente moueṫ, nam lȝ moueaṫ
ab aia: anima tn̄ nō eſt qd illi exterius, eſt ꝛ caliduȝ, qḋ
mouet alimētū, ꝛ moueṫ ab ipſa altrice virtute: cū ergo
dictū eſt alimentū eſſe quo alitur, nō eſt intelligēduȝ eē
quo aliṫ inſtrumētalr, ſȝ quo alitur, vt mā idonea ꝛ ſine
qua nutritio fieri nō pōt. Hęc ex Themiſtio. Demū epi
logat, cuȝ inquit. Figura qdeȝ igiṫ alimentū qd ſit dcm̄
eſt: qm̄ dictū eſt ꝙ indigeſtuȝ eſt cōtrariū: digeſtum vō
ſimile. Et ꝙ relatiue ad animatū opponiṫ, ꝛ per ipſum
cōſeruaṫ nutritū, ꝛ augeṫ, ꝛ ſibi ſimile generat. Certifi
candum aūt de ipſo poſterius eſt in ꝓprijs rōnib⁹. ſ. vt
exponit Simplici⁹ in tractatu de gnōne aialiū. Liber.n.
de nutrimēto ſm gręcos eſt ps libri de gnōne aialiū. de
ipſo ēt dicet in libro de gnōne: ꝛ in 4° li° metheoroꝝ.

⁋ Determinatis

¶ Determinatis aūt his: primum de omni ſenſu cōiter/deide de vnoquoqȝ dicamus. Fit itaqȝ ſenſus: cum mouet᷑ atqȝ patitur aliqd. vti diximus. naȝ ipſe ſenſus: alteratio quaedā eſſe videt᷑. Inquiūt aūt qdā: ⁊ a ſili ſile pati. qđ qdem quonaȝ pacto fieri pōt aut non poteſt: in vniuerſalib⁹ de actione ſermonibus paſſioneue diximus.

¶ Determinatis autē his: dicamus cōiter de omni ſenſu. Senſus aūt: in eo qđ eſt moueri aliqd ⁊ pati accidit, ſicut dictum eſt: videt᷑ enim quędā alteratio eſſe. Aiunt aūt qdā: ⁊ ſile a ſili pati. hoc auteȝ quō poſſibile ſit, aut impoſſibile: dictū eſt in vlibus ſermonibus de ipſo agere ⁊ pati.

Collectanea text⁹ cō. 51. ¶ Quiaȝ cōpleuit ſmonē de vegetabili, nūc ⁊ de ſenſitiua aīa vult ſermocinari, ⁊ ſeruat eūdem ordineȝ. Primo ab obtis, poſt ab actib⁹, poſt a potētijs, vltimo ad eēntiaȝ, ⁊ qꝛ aīa ſenſitiua partita eſt in cōpręhēſiuā ⁊ motiuā, vt dictum eſt, ⁊ cōpręhēſio pꝛioꝛ eſt motu. ğ pͦ de cōpręhēſiua aggredit᷑, ⁊ qꝛ cōpręhēſiuaꝝ qdā cōpręhēdit itus vt ſenſus exteriores, qdā ex᷑ vt ſenſus cōis ⁊ exteriores, ideo pͦ a cōpręhēſiuis ex᷑: qꝛ cōpręhēſiuę itus depēdēt ab ipſis ex᷑ cōpręhēdētibus. ¶ Et qꝛ cōpręhēſiuaꝝ ex᷑: qdā mediate: vt cōis ſenſus, qdā imediate: vt qnqȝ ſenſus, inde pͦ a qnqȝ ſenſibus accipiemus exordiuȝ tanqȝ a pꝛioꝛi. Et qꝛ aliq̄ cōpetūt eis cōiter, qdā eis ſigillatim. Ideo inqt. Determinat aūt his. ſ. de vegetatiua: dicamus cōiter. i. cōes rōnes de omni ſenſu. i. exteriori: deinde de vnoqȝ: h̄ intētio ⁊ ordo pcedēdi. ¶ Senſus igit᷑.]Quiaȝ ppoſuit intētionē, nūc exeqt᷑ pacipiēdo aliq̄ vtilia ad ppoſitā ſpeculationē, ⁊ inqt. Senſus ğ in moueri ⁊ pati aliqd ꝯtingit, ⁊ dico[ſenſoꝛium]vt Simpl. exponit, qꝛ ſenſus pro opatione, ⁊ vt eſt indicās iudiciū nō ꝯſiſtit in pati ⁊ moueri, ideo addit[aliqd]ita qꝙ eſt ſenſus ſenſoꝛiū ꝯſiſtit in moueri ⁊ pati aliqd. i. ſpēȝ ab obto, ſīc dictū eſt. [Videt᷑. n.] Reddit rōnē. d. Vr᷑. n. ſenſatio eſſe qdā alteratio. nūc ois alteratio eſt p ſe motio, igit᷑ ſenſatio eſt mot⁹. Hoc pbat mīōꝛē. d. Aiunt. n. qdā in ſenſatione ſile pati a ſili, ⁊ p ꝯñs ſenſatio eſt paſſio. Subdit h̄ aūt. ſ. dictum ab antiqs quō poſſibile ⁊ quō ipoſſibile dictū in pigeneſeos.

Com. 51. Cum fuit. Propoſita itenᵉ inqt Auer. Dicamus igit᷑ qꝙ ſentire ſit per aliquā paſſioneȝ ⁊ motū in ſenſib⁹ a ſenſib⁹: nō per actionē ſenſuū in ſenſibilia. Hoc. n. eſt pͦᵐ ꝯſideratū de ſenſib⁹, vtrū ſit nūanis in virtutib⁹ actiuis aut paſſiuis. ſm ğ Auer. pͦ dubitat de qualitatiōe ſenſus: poſt loco ſuo de ſpecie, ⁊ 3ͦ de medio quo ſit ſenſatio: ⁊ ſic ꝯſideratio cōis diuidit᷑ in tria. Et huius neceſſitas fuit, qꝛ vt Alpharab. inqt in lͦ de ſenſu ⁊ ſenſato, tres fuerūt antiquę pōnes. Vna quę dicit qꝙ ſenſibilia oia ſunt ꝯgenita aīę. aīa eniȝ ſenſitiua apud hos nihil aliud eſt qȝ ꝯgregatio oīum ſenſibiliū ſub debita menſura facta, ⁊ iſti ſunt qui dicūt ſentire nō eē paſſionē: ſȝ potius excitationē eoꝝ quę ſunt in aīa ad actualem opationē, ⁊ hāc Platonis inquit eē opionē, ⁊ pp hāc eſt necīuȝ mouere. q. an ſenſatio ſit paſſio, an actio, ⁊ an ſenſitiuum ſit vtus paſſiua, an actiua. Scda poſitio fuit Empedō. qui dixit ſenſationē eē realē trāſmutationē ſenſus a ſenſibili: ⁊ nō ſpūalē, qꝛ dicit per terrā realē fieri ſenſationē terre, ⁊ pp iſtuȝ tractabit᷑, an ſenſatio ſit alteratio, an verus mot⁹, an metaphorice. ¶ Tertia opinio fuit Democriti, qui mediū eē necīuȝ dicit nō eē, ⁊ pp hoc tractabit᷑ de medij neceſſitate loco ſuo. Et ſic pȝ itētio ⁊ neceſſitas dicēdoꝝ. ¶ Reliquum cōmēti pȝ vſqȝ ibi[⁊ nō ſufficit] vbi q̄ſi remouet. q. poſſet qs dicere qui declarat aliquaȝ vleȝ de quolibet ſingulari id declarat. Si. n. declaro, qꝛ ois hō alb⁹, ⁊ qꝛ hic eſt albus iaȝ declaratū. igit᷑ ſi in lͦ pigeneſeos declaratū eſt vliter: omne patiēs pati a ſili ⁊ diſſili, declaratuȝ erit ⁊ de ſenſu ipm pati a ſili, ⁊ a diſſili diuiſimode. ğ nō eſt necīa iſta ptractatio. ¶ Rñdit, ⁊ nō ſufficit ei qđ declaratū eſt in illo lͦ, qꝛ ſermo hic vr᷑ magis ppͥus. i. ſpālis. ſubm. n. de quo loqtur hic eſt magis pprium. i. ſpāle ſbto: de quo loquebat᷑ illic. Vult dicere qꝙ ſtat vleȝ eē notā, ⁊ ſingulares nō: ſup. actu, vt dictū eſt in poſterioꝛib⁹: ⁊ ſic lȝ ſit declarata illa vlis hic docet aſſumere hāc ſub illa vt ꝯcludat᷑ iſta particularis: in pigeneſeos. n. accepta eſt iſta maioꝛ. omne patiēs ab aliq̄ agēte eſt ſile ⁊ diſſile illi. Hic docet ſumere hāc minorē, ſȝ ſenſus eſt patiēs ab obto aliquo: ⁊ ſic ꝯcluditur hęc concluſio. ergo ſenſus eſt ſimilis ⁊ diſſilis, vt dictū eſt in poſterioꝛibus ⁊ prioꝛibus in cōmento meo.

¶ Habet aūt is locus dubitationē/ambigetqȝ non iniuria quiſpiam: cur ⁊ ſenſuuȝ ipſoꝝ ſenſus nō ſit/⁊ cur ſine ijs quae ſunt extra nō efficiūt ſenſum/cum inſit ⁊ ignis ⁊ terra caeteraqȝ aelīnta quoruȝ eſt per ſe ſenſus vel per ea quae ipſis accidūt. At enim pȝ ſenſitiuuȝ: nō eſſe actu/ſed potētia tm̄. Quapropter nō ſentit: quēadmodum cōbuſtibile nō vritur ipm per ſe ſine eo qđ ipm vrere pōt. vreret eniȝ ſeipm: ⁊ non indigeret eius qui actu eſt/ignis.

¶ Habet aūt dubitationē: ppter qd ſenſuum ipſoꝝ nō ſit ſenſus, ⁊ quare ſine ijs quę ſunt extra nō faciūt ſenſuȝ, inexiſtēte igne ⁊ terra ⁊ alijs ęlītis, quoꝝ eſt ſenſus per ſe, aut ſm ea quę accidūt his. Manifeſtū igit᷑ eſt: qđ ſenſitiuum nō eſt actu, ſed potētia tm̄. Vnde nō ſentiūt: ſicut cōbuſtibile nō cōburit᷑ ipm per ſe ſine cōbuſtiuo. Cōbureret enim ſeipm: ⁊ nihil indigeret ignis actu exiſtētis.

¶ Quiaȝ quaſi ſenſum eē in caplo paſſionis appoſuit, nūc ambigit, ⁊ inqt. Habet aūt dubōnē ſup. in primis pp qd ſenſitiuū. i. ſenſoꝛiū: vt Alex. exponit, nō ſit ſenſus. i. ſenſatio. Eſt ergo pͣ ambiguitas cur ſenſus nō ſentiūt organa eoꝝ. ¶ Deinde mouet 2ᵃᵐ. q. d. ⁊ quare ſine his quę ſunt ex᷑ nō faciūt ſenſum ſup. ipſa organa, ⁊ q̄ſi reddit rotūditatē q̄ōnū. d. in exiſtēte igne, ⁊ terra, ⁊ alijs ęlītis, quoꝝ eſt ſenſus per ſe, aut ſm. i. pp accītia his ſaltē. i. quum ęlīta iſint organis quę ſunt ſenſibilia per ſe, vel per accidēs, ⁊ inqt Plutarchus Ari. moue᷑. q. ad hoiem. ſ. ad Empe. qui organa atqȝ aīaȝ dixit ex ęlītis ꝯſtare, quod Simplicio diſplicet, ſȝ hoc nihil eſt. Dixit[ęlīta eē ſenſibilia per ſe, aut per accñs]pp eos qui ſenſum credūt eē itellectum, ⁊ ecōtra, apud q̄s ęlīta ſunt per ſe ſenſibilia, quēadmodū ⁊ intelligibilia per ſe dixit per accñs ſm eos qui ſenſum eē alteꝝ ab itellectu putāt, apud q̄s ęlīta per accñs ſenſibilia ſunt. ¶ Manifeſtū igitur.]Expoſitores gręci(vt mihi videt᷑)credūt Ari. abſoluę pͣᵐ. q. tm̄. Scdaȝ aūt diſtulit ad tp̄s: poſterius enim. ſ. ibi[Cā aūt eſt: qꝛ ſingulariū.]Reddēs cām cuiuſdā diuerſitatis abſoluę videt᷑, ⁊ 2ᵃᵐ. q. vt ſuo loco tibi apiam. ¶ Quid autē ſm Auer. ſuo loco dicā, inqt modo. Manifeſtū igit᷑ qꝙ nō eſt actu, ſed poᵃ tm̄. vñ ⁊ ppter h̄ nō ſentiūt: ſicut cōbuſtibile nō cōburit᷑ ipm a ſeipſo ſine cōbuſtiuo, ⁊ reddit cām, ⁊ ſermo ſuus patet. ¶ Ecce quomodo ex hoc nō ꝯſtat ſol. niſi ad

Collectanea text⁹ cō. 52.

primã.q.ait ideo ſenſus nõ ſentire ſenſoria,quoniã virtu tes ſunt paſſiuę,quarũ ꝓpriũ eſt pati ab extrinſeco agẽ te,ꝛ non a ꝓprio ſubiecto aut organo.

Com.52m. **Cum poſuit.** Debes ſcire in trãſlatione arabica cõmenti ꝑdicti ſic iacet [Eſtimaẽ enim alteratio quędã eẽ ꝛc.] Jnq̃t modo Auer.quia po ſuit ſenſus eẽ de virtutibus paſſiuis,incepit dubitare dubi tatione cogẽte:vt ſit de paſſiuis:ꝛ nõ de actiuis.i.dubita tione.ex cuius ſolone patebit ſenſus eẽ paſſiuas virtutes,ꝛ ħ.i.ꝛ hęc dubitatio rõnabilis eſt.Si in vbo ꝓpoſito non intẽdit per eſtimationẽ qñ dixit.[Eſtimaẽ enim alteratio quędã eẽ ꝛc.] certificationẽ.multotiẽs.n.vtiẽ eſtimatio ne pro certitudine.vbi aũt intẽdit eſtimaẽ pro apparet, tũc dubitatio eſt rõnabilis,qm̃ nõ aſſeruit pro certo id. vbi aũt intẽdit eſtimaẽ pro eſt verũ,tũc dubitatio nõ ra tionabilis videẽ,quia ꝑus tanq̃ aſſertũ dixit.¶ Ut mi hi videẽ.]Auer.vult Ari.tñ vnã.q.mouere.ſ.ꝑꝑ q̃d ſen ſus non ſentiunt abſq; extrinſeco ſenſibili,ꝛ rõnalitas.q. eſt ſm Auer.qm̃ ſi ſenſus ſunt actiui,ꝛ q̃dlibet organum limitat ſibi q̃dã ẽtum,q̃ ſenſibile eſt per ſe vel ſaltez per accñs,videẽ q̃ abſq; ſenſibilib⁹ fiat ſenſatio vel poſ ſit ſaltẽ fieri.2a ibi[Dicamus igiẽ in rñdẽdo.]abſoluit.q. ꝛ queſtio ꝛ ſol.manifeſte ſunt per ſe ex cõmẽto rõne lrę. ¶ Ex ſolone ḡ huius.q.apparet motiuũ efficax ad ꝓbã duz ſenſum eẽ vim paſſiuã:ꝛ nõ actiuã,q̃ põt ſic cõpo ni,ois virtus:q̃ñq; ens in actu:q̃ñq; in po⁹ per naturã eius intrinſecã,cuius actio iminet in ea,pro ſui actione egens extrinſeco q̃dã,eſt paſſiua.dico p̃mo q̃ñq; actu ꝛ po⁹ per nãm intrinſecã:qm̃ ignis eſt q̃ñq; actu q̃ñq; po⁹:ſ; nõ per nãm intrinſecã.Dico cuius actio iminet in eo etiã ꝓpter ignem.Tũc minor ſenſus:vt per ſol.q.pꝫ eſt virtus hę,ḡ ꝛ ſine dubio ſenſus paſſiua eſt vis,ꝛ hinc pꝫ q̃ ad ꝓpoſi tũ eſt exẽplũ de cõbuſtibili.eſt enim q̃ñq; actu:q̃ñq; po⁹ per nãm inſitã,egẽs etiam forinſeco:ideo paſſiuũ:ꝛ non actiuũ erit.¶ Propter q̃d aũt ſenſus exteriores ſine ſen ſibilib⁹:forinſec⁹ nõ ſentiãt,ꝛ an ſit poſſibile ſine eis fieri ſenſuz loco ſuo.ſ.cõ.60.diceẽ,nũc vo intãtũ dctũ ſit.

¶ At vo qm̃ ſentire bifariã dicere ꝯſueuimus(nam ꝛ id q̃ potẽtia videt ꝛ audit:videre audireq; dici mus ꝛ ſi forte dormiat.ꝛ id idẽtidez q̃ iam opaẽ) dupl'r ꝛ ipſe ſenſus ꝑfecto diceẽ q̃dam vt potẽtia/ q̃dam vt actu . Siliter ꝛ ipm ſentire:ꝛ q̃ eſt poten tia/ꝛ quod eſt actu.

¶ Qm̃ autez ſentire dicimus dupl'r(potẽtia enim ꝛ audiẽs ꝛ vidẽs:audire ꝛ videre di cimus,ꝛ ſi forte fuerit dormiẽs.ꝛ q̃ iaz eſt operãs)dupl'r vtiq; diceẽ ꝛ ſenſus.hic q̃dẽ, vt potẽtia:ille vo,vt actu.Sil'r aũt ꝛ ipſum ſentire:ꝛ q̃ potẽtia exiſtit,ꝛ q̃ actu.

Coll. text. cõ. 53. ¶ Quicquid Simpl.in huius loci cõmẽtatione inducat, ſm Auer.videẽ mihi lrãm fore ſic exponẽdam.tria ſunt ipm vidẽs.ſ.hõ,aut q̃cũq; aialium,po⁹ viſiua viſus.ſ.ꝛ actus viſionis:ꝛ ſic põt tria eẽ apud ſenſuz,aial.ſ.ſentiẽs, ſenſus ipſe,ꝛ ſenſatio.inq̃t modo Ari.qm̃ aũt ſup.aial di cimus dupl'r ipm ſentire.po⁹ enim audiẽs ꝛ vidẽs.ſ.dor miens audire ꝛ videre dicimus . Alio modo di ꝛ audiẽs ꝛ vidẽs aial,q̃ actu operãs eſt.ergo p⁹ diſtinctio de ſen tiẽte q̃ dupl'r põt dici,ſentire:vel q̃ ꝓxima po⁹ ſentire põt.vel q̃ actu ꝓpe ſentit. ¶ Tũc ꝛ 2m apponit diſtin ctionẽ,ꝛ quaſi dicat,quẽadmodũ ſentiens ipm dupl'r:ita vtiq; dupl'r ꝛ ſenſus.i.po⁹ ſenſitiua. Hic q̃dem ſicut po⁹: puta po⁹ viſus actu dormiẽs.Jlle autez ſicut actu.ſ.actu cõſpiciẽs. ¶ Adhuc ꝛ 3o de actu ipſo ſilem ponit diſtin ctionẽ,ꝛ inq̃t . Sil'r aũt ꝛ ſentire dupl'r ſup.di ad ſentiẽs ꝛ ſenſuz:quodq; potẽtia ens:ꝛ q̃ actu:ꝛ ſic circa illa ſm Auer.tres formauit diſtinctiões,ꝛ in hũc modũ Them. hũc locũ paraphraſtice videẽ cõmẽtari,quẽ lege. ¶ Ue ruz id ſilẽtio tñ ſãn indignũ dormiẽs ſentiẽs dici,ꝛ in te nebris vidẽs . Tamẽ p⁹m quidẽ aliquale remotius.2m ꝓ pius.3m proxime ꝛ actu tale:vt Auer.inquit. Reliquum cõmenti tibi clarum relinquo.

¶ Primuz igiẽ id ſcire oportet:nos inquã quaſi ſint eadẽ pati moueri ac opari ita nunc his vti ac dice re.mot⁹ enim:eſt q̃dã act⁹/imꝑfect⁹ tñ vt in alqs di ximus . Ea vo cũcta quae patiunẽ atq; moueñẽ:ab actiuo ꝛ eo q̃ eſt actu patiunẽ atq; mouẽtur . Jd circo fit:vt tum a ſili ſibi tum a diſſili res ois patia tur vt diximus.patiẽ enim:ea quae eſt diſſilis.at cũ eſt paſſa:tum ſilis eſt/vt patet.

¶ Primũ igiẽ tanq̃ ſit idez pati ꝛ moueri ꝛ agere:dicimus.etenim mot⁹:eſt actus q̃dã, imꝑfectus tñ,quẽadmodũ in alijs dictũ eſt. Omnia aũt:patiunẽ ꝛ moueñẽ ab actiuo ꝛ actu exñte.Quapropter:eſt q̃dẽ vt a ſili pa tianẽ,eſt autẽ vt a diſſili,ſicut diximus.patiẽ enim:q̃ diſſile eſt.paſſum aũt:ſile eſt.

¶ Locũ hũc expoſitores latini videñẽ intelligẽ q̃ Ariſt. modũ ꝓbeat quo ſenſus ex ſenſibili in actũ redeat:quos vide. Sed pace eoꝝ dixerim:modũ quo ſenſus ex ſenſi bili in actũ redeat nõ hic:ſed in alium diſtulit locũ illũ.ſ. [vnde nõ hñ habet dicere.]q̃ ſi hic id oſtẽderet repeti tionẽ ſupfluã caderet,q̃ expoſitorib⁹ diſplicet. ¶ Pro pter q̃ Simpl.ait,q̃ quia Ari.vſus ſit priſcis vbis pa ti ꝛ moueri,ꝛ mouere ꝛ agere tanq̃ eiſdẽ:aliqual'r occur rit reddẽs hoiem attẽtuz,hęc nõ eadẽ:ſed diuerſa ſigna re oñdit,quo fit:vt quodã quaſi ꝑambulo.ibi[Oia aũt.] appoſito trãſit ad q̃onis ꝓpoſitę ſol.quã diſtulit vſq; in hũc locũ. ¶ Sed etiã pace ſua dicaz Ariſt.in abũdãs ac ſupfluuz caderet colloquiũ,quia lrã illa[nõ eſt aũt ſim pliciter]diſtinctiões hoꝝ lõgo enarrat ſmone.Quapro pter viſa eſt mihi Themiſtij ac Auer.huic loco idonea expoſitio,quum Ari.mouiſſet.q.an ſenſus virtus ſit paſſi ua,an actiua,an ne ſenſatio paſſio,an actio ſint,poſſ; ali piam videri.q.ſupuacaneaz eẽ,qm̃ actio ꝛ paſſio in idez incidũt,quia vnius ſint motus.ħ.vt Them.inq̃t.Omne patiẽs videẽ eẽ agẽs,quum ois res ſi moueẽ videẽ eẽ ꝛ agẽs.i.in actu atq; opa,quum ḡ actio ac paſſio vnius ſint mot⁹,agẽs atq; patiẽs idez ſint,ſupuacanea erit ꝓpoſita queſtio. Oſtẽdit ḡ Ari.q̃onez ꝓpoſitã rõnabilẽ eẽ,quia actio ꝛ paſſio differũt ampli⁹ agẽs ꝛ patiẽs:ꝛ inq̃t. Dici mus igiẽ p⁹m.i.ꝑ aſpectu pati ꝛ moueri.i.paſſionem tanq̃ idẽ ſit agere ꝛ mouẽ.i.ipſi actioni,ꝛ ſi dicimus tanq̃ idẽ ſermo de agere ꝛ pati:diuerſus eſt:vt inq̃t Auer.Q̃ aũt tanq̃ idẽ oſtẽdit dicẽs.Et nãq; motus q̃dã actus eſt,quĩ ſupple actio eſt ꝛ paſſio. ¶ Tũc oſtẽdit q̃ũo diuerſi ſunt ſmones,ꝛ ponit:vt Auer.inq̃t diuas duas intra ſermonẽ de agere,ꝛ illuz de pati,ꝛ inq̃t,q̃ſi dicat,lꝫ ſint vnius mo tus:differũt,qm̃ paſſio eſt mot⁹ imꝑfect⁹ quum reſpiciat patiẽs:vt in alteris dictũ eſt.ſ.in 3o Phyſicę auſcultatio nis. Actio actus ꝑfect⁹ quum reſpiciat agẽs. ¶ Et tũc ap ponit 2m diuiſam illoꝝ duoꝝ ſermonũ ſm Auer.dicens. [Oia aũt patiunẽ ꝛ mouẽtur ab actiuo ꝛ actu ente.]ſup ple tale quale patiẽs in potentia:q̃ vt Simpl.inq̃t. Fri ctio nõ habet caliditatẽ.Quis eaz inducat,neq; flagellũ

Coll. text. cõ. 54.

vibicea:

vibiceſ: ⁊ ſic eſt actu agēs tanq̄ȝ in patiēte perficiēs non paſſiue, ſed actiue. ¶ Auerrois aūt videt̄ dicere q̄ ſcōa diña hęc eſt, q̄m patiēs eſſe non pōt niſi ab agēte patiat̄. pōt tñ agēs eē: dato q̄ nō ſit actio in eo .i. relatio a paſſo. quaſi eſt dicere q̄ agēs hoc a paſſo differt, q̄m agēs agit in paſſum: ſed paſſum nō agit in agēs. ¶ Et quuȝ dixiſſet.]Ex diña iter agere ⁊ pati poſita infert ſol. q̄ōnis antiquę, ⁊ inq̄t. Unde eſt q̄dē .i. ꝯtingit ſenſum pati a ſilī, cōtingit aūt vt a diſſimili: ſicut diximus. Patit̄ q̄deȝ enim q̄ḋ ſupple in p̄n° diſſile ei eſt. paſſum aūt ſup. poſtq̄ȝ fuit ſile eſt. ¶ Et q꞉ q̄s poſſet dicere diñam hāc eſſe ſup̄fluā appone̅, Auer. in cōmēto dat tres neceſſitates, ⁊ inq̄t. Et manifeſtū eſt q̄ qui nō intellexerit v̄tutes paſſiuas in tali eē .i. h̄ modo differre ab actiuis, nō poterit diſſoluē p̄dictaȝ .q. an. ſ. ſenſatio poſſit fieri ſine forinſeco ſenſibili. ¶ Deīde dat 2ᵃᵐ .d. Neq̄ȝ etiā qui nō ꝯceſſerit q̄ v̄tutes ſenſus ſunt de v̄tutib⁹ paſſiuis, ⁊ q̄uo differant ab actiuis pōt etiā dicere verū ſenſibile ſit ſile aut ꝯ̄riū, quaſi dicat, niſi p̄ſciat̄ hȧ diña: q̄ueſtio antiqua nō ſoluit̄. ¶ Deinde 3ᵃᵐ apponit .d. Et h̄ eſt fundamētū, ⁊ oportet vt ꝯſeruet̄, ſicut diximus in alijs v̄tutibus aīę .ſ. phantaſia ſenſu cōmuni ⁊c̄. ⁊ maxime in v̄tute rōnali, quę ſciri non pōt niſi ex ſilitudine ad ſenſum: niſi igit̄ p̄ſciat̄ ſenſus nā ⁊ itellꝰ ignot⁹ remanebit. hic ḡ eſt, p̄poſita diñę vtilitas.

¶ Deinde diſtinguēdum eſt: de potentia atq̄ȝ actu. nunc enim: de his ipſis ſimpl'r dicimus. Nam eſt h̄ pacto quippiaȝ ſciēs: vt ſi dicamus hoīem eſſe ſciēteȝ q꞉ hō eſt talis ſuapte natura vt ſit ſciēs atq̄ȝ ſciētiā habeat. Eſt etiā hoc pacto quippiā ſciēs: vt hominē eum iam dicimus eē ſciēteȝ qui grāmaticā habet. Atq̄ȝ hoꝝ vterq̄ȝ non eodeȝ modo pōt potentiae q̄ȝ ſubijcit̄: ſed alter q̄deȝ ex eo, q꞉ genus ip̄m eſt tale materieſue: alter v̄o p̄pterea q̄ cum voluerit ꝯtēplari poteſt idip̄m facere niſi quid externum forte p̄hibeat impedimētoq̄ȝ fiat.

¶ Diuidēdum aūt eſt: ⁊ de potentia ⁊ actu. nūc enim: ſimpliciter dicimus de ipſis. Eſt enim ſic ſciens aliq̄d: ſicut ſi dicamus hominem ſciēteȝ, quoniā homo ſcientiū eſt ⁊ habētium ſciētiam. Eſt aūt: ſicut iam dicimus ſciētem, habētē grāmaticam. Uterq̄ȝ autem hoꝝ, non eodē modo potēs eſt: ſed ille q̄deȝ q꞉ genus huiuſmodi ⁊ materia eſt: hic autē q꞉ volens potēs eſt ſpeculari, niſi aliq̄d prohibeat eoꝝ quę extrinſecus.

Coll. text⁹ cō̄ⁱⁱ 55ᵘˢ. ¶ Proponit Ari. intētionē ad ſequētia, ⁊ inq̄t. Diuidēdū aūt de potētia ⁊ actu ſup. quuȝ terminatę ſint ꝯ̄nes p̄poſitę, ac diña eoꝝ ſit palā. Cuius rationē reddit ſ̄m Auer. [enim]pro quia, nūc .i. hactenus dicimus .i. locuti ſumus quę hēmus .i. habuimus de his: ſimpl'r .i. indiſtincte .q.d. diſtinguenda ſunt, q̄m locuti ſumus de eis indiſtincte. ¶ Uel pōt dici q̄ Ari. ſe excuſet in hunc modū, diuidēdū de po° ⁊ actu, q̄tū ſpectat ad p̄po", q꞉ nūc dicimus quę habemus de ipſis ſimpl'r .i. indiſtincte, q̄m diſtincte ⁊ reſolute in meta ͨᵃ tractāduȝ .ſ. in cō ͥᵒ. Et nūc diſtinguit, ⁊ l̄ra, ⁊ cō ͥᵘˢ patēt. ¶ Unū debes ſcire, q̄ ſapiēs h̄ris habitū nōdū diſputās dupl'r (vt Simpl. inq̄t) pōt diuerti ab actuali ſpeculatione, vel impio volūtatis, vel extrinſeco īpediēte ⁊ ambo hic Ari. apponit. Ille aūt q꞉ volēs poſſibilis eſt ꝯſiderare niſi aliq̄ p̄hibeant exteri⁹. Ecce ambo.
Them. 18ᵒ. di. Ro id eē in n̄ro arbitrio, vt Auer. inq̄t in 3°: q̄ḋ ad h̄ vt a nobis p̄ſequat̄, nihil nob̄ deeſt pro eius p̄fectione.

¶ At p̄ter ipſos: eſt hiſce qui iam ꝯtēplat̄, ⁊ eſt actu p̄prieq̄ȝ ſciēs hoc A. Ambo igit̄ illi primi: potētia q̄dem ſunt ſciētes, vt diximus. verum vnus: indiget alteratione per diſciplinā: qua q̄dem nōnunq̄ȝ etiā ex habitu cōtrario diſpoſitioneq̄ȝ mutat̄. alter: habet q̄dem ſenſum, aut grāmaticaȝ, ſed indiget operationis vt ex ocio tādeȝ operationiſq̄ȝ vacuitate agat ac operet̄. atq̄ȝ hic modus potentiae: diuerſus eſt, vt patet, ab antea dicto.

¶ Alius aūt: iam ſpeculatur, actu exiſtens ⁊ p̄prie ſciens hāc l̄ram A. Ambo igit̄ primi ſ̄m potētiam ſciētes ſunt. ſed ille quideȝ per diſciplinā alteratus ⁊ ſepe ex cōtrario mutatus habitu: hic autem ex eo quod habet ſenſum, aut grāmaticam: non agit autē: ad agēdum, alio modo.

¶ Cōueniūt expoſitores ac Auer. q̄ Ari. nūc q̄d actu tale ſit exponat .d. Jam aūt ꝯſiderās actu ens per ſe, ⁊ p̄prie ſciēs hāc l̄ram A. quaſi dicat, h̄ p̄p̄e ⁊ vltimo dī ſciēs reſumit: ⁊ q̄ḋ dixit. Ambo q̄dē igit̄ p̄mi ſup. poſiti in textu p̄cedēti ſ̄m po" ſciētes ſunt: lȝ differāt, q̄ḋ ponit .d. Sed hic q̄dē .ſ. puer anteq̄ȝ ſciēs dicat̄ in habitu per doctrinā alterat⁹ eſt, aut multotiēs ex cōtrario habitu mutat⁹. q̄ḋ Simpl. vno mō exponit, q̄m p̄miſſe ex ſingularib⁹ ſciūtur p̄ accepta ſingularia ſenſu. eſt ḡ multotiēs mutat⁹ de ſenſibili ad intellectualē theoriaȝ. ¶ Melius aūt Auer. Them. ⁊ ipſemet aiūt, q̄ puer anteq̄ȝ habitū figat ſciētię multas facit tranſlationes. q̄nq̄ȝ enim in vero habitu ſtetit, quandoq̄ȝ in oppoſito, ⁊ tādem in vero firmus erat. ¶ Hic autē ex eo q̄ḋ habet ſenſum, aut grāmaticaȝ. non agere aūt .i. ex non agēte autē in agere alio modo ſupple trāſlatus eſt. Et cōmētum conſtat. Coll. text⁹ cō̄ⁱⁱ 56ᵘˢ.

¶ At v̄o neq̄ȝ ip̄m pati ſimplex eſſe videt̄: ſed aliud eſt a cōtrario corruptio quaedā: aliud eſt ſalus potius eius q̄ḋ eſt potentia ab eo q̄ḋ eſt actu ſimileq̄ȝ p̄inde atq̄ȝ potentia ſeſe habet ad actum. Fit enim ꝯtēplans: q̄ḋ ſciētiam habet. q̄ḋ quideȝ: aut non eſt alterari (in ip̄m enim fit incremētum: ⁊ in actuȝ p̄fectionēue) aut aliud alterationis eſt genus.

¶ Non eſt autē ſimplex: neq̄ȝ ipſum pati. ſed aliud q̄deȝ corruptio quędā a ꝯtrario: aliud autem ſalus magis eius q̄ḋ eſt potētia ab eo q̄ḋ eſt actu, ⁊ ſili ſic vt potentia ſe habet ad actum. Speculās enim fit: habens ſciētiaȝ. quod quidē: aut nō eſt alterari (in ip̄m enim additio eſt: ⁊ in actum) aut alterū genus alterationis eſt.

¶ Q̄m Empeḋ. credebat ſenſationē nālem ac phyſicā eē mutationē. quuȝ ḡ genus ſtabiliuit quaſi remouēs p̄tū Empeḋ. ⁊ diñam determinat, ⁊ inq̄t. Nō eſt aūt ſimpl'r .i. vno mō: neq̄ȝ agere: neq̄ȝ pati, ſed aliud corruptio quędā a ꝯ̄rio .i. vno modo dī pati corruptiue. Aliud aūt ſalus et p̄fectio magis dī eius: q̄ḋ po° eſt ab eo q̄ḋ eſt actu, ⁊ ſimile ipſi .i. aliud genus. q̄ḋ dicitur paſſio p̄fectiua ac p̄fectiua. Cuius rōnē reddit .d. Hās ſciam .i. habitū fit ſpeculās .i. actu ꝯſiderās: vt gręci exponūt. Q̄ḋ v̄o aut nō eſt alterari q̄ḋ affirmat magis .d. Ip̄m enim additio eſt ⁊ in actuȝ, quaſi dicat, q꞉ nō eſt abijci a rei ſub̄a, aut alterum genus Coll. text⁹ cō̄ᵈ 57ᵘˢ.

alterationis eſt ſupple ęquo:e ⁊ metaphorice. ¶ Verū Auer. huc locū ſic intelligit: ſpeculās enim .i. hō ignarus qui ſpeculatiuus eſt, fit ex ignorātia hñs ſciētiā, qđ .ſ. trāſferri ex ignorātia ad ſciam, aut nō eſt alterari: qđ videt̄. Jpm .n. additio eſt homini in actum, ⁊ nō diminutio, aut alterū genus alterationis.

Dubitatio ¶ Ambigūt expoſitores p̄, an ſciēs habitu trāſiens ad actū pficiat, an impficiat. ¶ 2° ambigūt, qm̄ in alteratione corruptiua eſt abiectio pſtinę ⁊ pfectio poſtumę formę. cur igr̄ magis corruptiua q̄ pfectiua, quū a fine denoīari vnūqđq; dignı⁹ ſit. ¶ Ad p̄ᵐ Ari. abſoluit .d. Jpm .n. additio eſt ⁊ in actū, ḡ pficit̄. ideo Egid. ait. q̄ habit⁹ abſolute impfectior eſt ipo operi

Solutio ꝯtinuo. ¶ Sed dices ſapiēs in habitu eſt vitualiter ſciēs actu: qm̄ ꝯſiderat actu eſt formalr̄ tale. ſʒ omne vitualr̄ tale pfecti⁹ formali. tali ḡ ſapiēs impficit, quēadmodū ſol pfectior eſt modo quū plāta ſit vitualiter: q̄ ſi plāta eēt formalr̄. ¶ Abſolue q̄ id eſt plib⁹ modis pfici. ſapiēs .n. qm̄ dormit eſt po° ⁊ vtute diſputās, qm̄ diſputat eſt vtute ⁊ actu. ¶ Exēplū de ſole nō eſt ad ꝓpoᵐ, quū id ſit grā mātę. nos v̄o in for° loqmur. ¶ 2ᵐ v̄o abſoluo, q̄ lʒ illa alteratio abſolute debeat dici pfectiua in cōparatiōe ad ſuū conduiudēs nihil ꝓhibet dici corruptiua.

¶ Quocirca nō recte ſe habet, dicere ipm ſciēs cuʒ ſcit alterari: ſicut nec aedificatorem cum aedificat. Qđ igit̄ in actum ducit, ex eo qđ eſt intelligēs potētia atq; ſciens: id nō doctrinā appellare oportet ſʒ aliud nomē eſt aequum hr̄e. At qđ ex eo qđ eſt potētia diſcit accipitq; ſciētiaʒ ab eo qđ eſt actu ſciēs atq; ab ipſo docēte: id aut non eſt dicēdum pati ac alterari, aut duos alterationis eē modos fateamur oportet, eaʒ inquā mutationē quae ad ꝑuatiuas eſt diſpōnes, ⁊ eam quae eſt ad habit⁹ atq; nām.

¶ Unde nō bene habet, dicere ſapiētem cum ſapit alterari: ſicut nec ędificatorē cum ędificat. Jn actum igit̄ ducens ex potētia exiſtēte ſm ipſum itelligere ⁊ ſape: nō doctrinā, ſed alterā habere denoīationeʒ iuſtū eſt. Ex potentia aūt exiſtēte addiſcēs ⁊ accipiens ſciētiam ab actu exiſtēte ⁊ docēte: aut neq; pati dicēdum, ſicut dictū eſt, aut duos eē modos alterationis, ⁊ eaʒ quę ad priuatiuas diſpōnes mutationē, ⁊ eaʒ quę ad habit⁹ nām.

Coll. tex. cō. 58. ¶ Scđm gręcos tripl'r homo circa ſapiētiam ſe hr̄e pōt. aut vt habitu eaʒ habēs actu v̄o nō, aut vt olim habitā: nūc v̄o oblitā, rediens iterū ad habitā, aut in pura priuatione accipiēs eā a doctore. ⁊ inqt modo Ariſt. q̄ neutro modo hoꝝ alterari dicimus hoīeʒ, ⁊ hoc inqt. Unde nō bñ habet dicere ſapiētē: quū ſapiat .i. actu alterari, ſicut neq; ędificatorē quum ędificat: qui ⁊ ſi ſm locū mouet̄: vt Simpl. ait. nō tñ alteratione trāſiens, ergo ab habitu ad actuʒ nō alterat̄. ¶ Qr etiā 2° modo nō alteret̄ quiſpiam oſtēdit, ⁊ inqt. Jn actū quidē igit̄ ducēs ex potētia ente ſm itelligē ⁊ ſape: nō doctrinā .i. alterari ſm doctrinam dī, ſed alterā hr̄e denoīationē iuſtuʒ eſt .ſ. rememoratio. ¶ Qr etiam 3° modo non alteret̄ iterū explicat .d. Ex po° aūt ente addiſcēs, ⁊ accipiēs ſciam ab actu ente: ⁊ didaſcalo .i. doctore, aut neq; pati dđm ſicut dictuʒ eſt, aut duos eſſe modos alterationis, ⁊ eā mutationē quę in ꝑuatiuas mutationes eſt, ⁊ eā quę in habit⁹ nām. ¶ Debes ſcire Auer. imaginari tripl'r hoīem poſſe variari, vel de ignorātia negationis ad ſciam habitā per inuētioneʒ, vel ex oblita ſcia ad iteratā, vel ex ignorātia ad doctrinā habitā a doctore. vult ḡ Auer. q̄ nullo illoꝝ triuʒ modorū talis variatio dī alteratio: niſi ęquiuoco noīe: vt dictū eſt. vbi ḡ expoſitores gręci in p° pte exponūt de tranſlatione ex habitu ad actū, Auer. ex ignorātia ad inuētā doctrinam trāſlationē exponit, ⁊ reſiduo ꝯueniunt ex toto. ¶ Videt̄ aūt mihi expoſitio Auer. fructuoſior: quiʒ duplex ſit modus doctrinandi, vel a doctore intrinſeco, qui intell's eſt agēs, in cuius lumine oīa nobis vera fiūt, ⁊ alter a didaſcalo, ꝯſonū erat hos duos modos Ari. debere explicare, quum ſępe tetigerit modū ex habitu in actuʒ alterationē minime eſſe: vt ſupius patuit.

¶ Haec cum ita ſint: prima qdeʒ mutatio ſenſitiui, ab eo qđ generat fit. cum aūt ortuʒ ac generatū eſt: habet iam ſenſum pinde atq; ſciētiā: ⁊ ſentire actu: ſile eſt ac contēplari. Differētia tñ eſt. nam ea quae actu ſenſum efficiūt: extra ſunt, ipm inquā viſibile ⁊ audibile ⁊ ſenſibilium caetera.

¶ Senſitiui aūt prima qdeʒ mutatio: fit a generante. cum aūt gñatuʒ eſt: habet iam ſicut ſciētiaʒ, ⁊ ipm ſentire. qđ aūt ſm actum eſt: ſiliter dicit̄ atq; ſpeculari. Differt auteʒ: qa hmōi actiua opationis extra ſunt, viſibile ⁊ audibile. ſilr̄ aūt: ⁊ reliqua ſenſibiliū.

¶ Quum de po° ⁊ actu ſciēdi olim quātū ꝓpoſito fuit dixiſſet, ad ꝓpoſitū de ſenſu applicat ꝓpoſita theoremata, ⁊ inqt. Senſitiui aūt p° mutatio qdē fit a gñante quēadmodū ſup. pma mutatio in ſciam a doctore, vel agēte intellectu. cum aūt gñatū eſt ſupple ſenſoriū ipm, cum potētia habet iam ſicut ſciētiā .i. ꝓportionale ſciētię .ſ. actuʒ pmuʒ. Qđ qdā ſic interptati ſunt, actū primū ſenſus, ſpeciē eſſe ſenſibilē, quę a gñante .i. ſenſibilib⁹ fit: quia habita ſenſus eſt in pmo actu, poſtq̄ actualis proſuit ſenſatio, qui actus dī ſecūdus. Sed h̄ friuolū eſt, quum ſm pipateticos opatio nō ſit actus ꝓpe ſecūdus, ſed forma operās, ⁊ quia ſpēs nō eſt ſpēs in viſu: niſi operās, inde ſpēs ꝯiuncta opationi act⁹ eſt ſecūdus, ꝓpter qđ per actuʒ pᵐ potētiā intelligēdi ſenſitiuā, per actū 2ᵐ intelligit ſpeciē ſenſibilē, quę ⁊ ſilitudo eſt vt in obm refert̄, ⁊ actus ſentiēdi: vt in paſſiuʒ reſpicit vt patebit. Et hoc inqt, ⁊ ſentire qđ ſm actū: ſiliter dī ipſi ꝯſiderare. Apponit tñ differētiā .d. Differt aūt, qm̄ actiua hō opationis extra ſunt viſibile ⁊c̄. Jnqt Auer. ⁊ pma trāſmutatio ſentiētis quę eſt ſil'is trāſmutationi hoīs de ignorātia ad ſciētiam per doctorem eſt trāſmutatio quę fit per agēs gñans aīal: nō a ſenſibilib⁹. gñans enim aīal gñat ſenſoria, ⁊ potētias ſenſitiuas, quę tanq̄ actus ſunt pmi. ¶ Et aliquale.] Diſgrediēdo dr̄iaʒ ponit vtriuſq; .d. Et innuit dr̄iam inter pmā pfectionē factā in ſenſu, ⁊ vltimā. opinat̄ enim q̄ p° pfectio ſenſus ſit ab intelligētia agente, vt declarat̄ in lib. de aīalibus. Scđa autē pfectio fit a ſenſibilib⁹. Nec audiēdus eſt hic Auer. ſermo: vt qdā aiunt, dicētes Auer. pmā pfectioneʒ intelligē ſpēm ſenſibilē ab obiecto in ſenſum ꝓpulſam, ⁊ per intelligētiā agētem intelligētiā lunę, ⁊ per 2ᵃᵐ pfectionē ſenſationē ipſam. Hic enim modus exponēdi, ⁊ v̄bis ꝯtradicit Auer. ⁊ fundamēto ſuo. v̄bis qdē, qm̄ Auer. intelligit de ea itelligētia: de qua loquit̄ Ariſt. in 2° de gñatione aīaliuʒ. vbi nō de intelligētia lunę loqtur, ſed de intelligētia ꝓcreatiua aīalis, ⁊ per ꝯñs non intelligit hic per intelligētiā illā lunę, ſed eam quę eſſe dat aīali, ⁊ primos actus ſentiēdi, potētias videlʒ ſenſitiuas. Cap. 3°.

Fundamēto v̄o, quoniā declaratuʒ eſt in 8° Phyſicoꝝ. Cōmen. 35.

eus ſepatū

ens ſeparatū ⁊ ſimplex nihil noui imediate agere, non ꝗ intelligētia illa poterit eſſe hoc ſpūale efficere imediate: vt ↄſtat. Eſt itaqꝫ Auer. ſentētia, ꝙ pͥma pfectio eſt potētia ſenſitiua, ⁊ organuꝫ. hic enim tanq̄ pͥmus ſunt act⁹. 2ª pfectio eſt ſpēs ipſa: quę vna ⁊ ſimul ſpēs eſt ſenſibilis, ⁊ actus ſentiēdi, vt dicet̄ in poſt. ¶ Quid ꝟo Auer. per intelligētiā itelligat agēte. Dicēdū apud Ioā. ꝙ eſt v̄tus genitiua in ſemine impſſa a pr̄e, quę qualitas eſt quędaꝫ reſidēs in tenuiſſima pte ſpermatis, quę ſpūs noiat̄ genitiuus. Hęc enim v̄tus itelligētia dr̄. ſ. agēs ⁊ diuina. intelligētia qdeꝫ, qm̄ nō agit organo corpeo ⁊ determinata pticula ſpermatis: vt ↄſtat. Diuina, quum ptātē habeat dādi vitā. vnde ⁊ ab Ari. mens dr̄. eſt ergo ſenſus ꝙ pͥ⁹ pfectio ſentiēdi. i. potētia ſenſitiua dat̄ a virtute ſpermatica: quę gn̄at aial. ¶ Alij ꝟo volūt illā v̄tutē eſſe deū. vnde qualitas illa in ſpermate impſſa a pr̄e eſt tanq̄ inſtrumētū: deus tanq̄ motor ⁊ artifex, qui vtit̄ illa pro corporis formatione eiuſqꝫ figuratione, quo figurato iuſſu dei, vt Ariſt. inq̄t in lib. de pgñatiōib⁹ aīaliū, rōnabilis deſcēdit aīa. ſed hic hoꝝ dr̄iaꝫ locus nō eſt diſceptādi, ⁊ in 2º Phyſicoꝝ ait, ꝙ ſol ⁊ hō hoieꝫ gn̄ant. per ſolē intelligēs deū, per hoiem v̄tutē formatiuā: modo expoſito. ¶ Poſt in fine cōmēti inq̄t. Mouēs ſciētē de pͥma pfectione in 2ᵐᵒ eſt aliqd copulatū cum aīa: copulatione in eē nō itelligit agētem itellectū: vt rudes inquiūt, qꝛ poſterius vlia explicabit, ſed itelligibilia ipſa vlia ex qbus ⁊ itellectu ma-
Cōmē. 31º. ior fit vnio q̄ ex accñte ⁊ ſbito, pͥmo metaͨ. ⁊ q̄ ex mā, ⁊ forma, vt dicet̄ in 3º in digreſſione magna.

¶ Cuius cauſa: haec eſt. actu nāqꝫ ſenſus, ſingulariū eſt: ſcientia ꝟo, vlium eſt. haec aūt: in ipſa aīa quodāmodo ſunt. Quapropter intelligere quideꝫ cum quiſpiaꝫ voluerit, in ipſo eſt ſitum: ſentire autē non collocat̄ in ipſo. neceſſe eſt enim: ſenſibile ipſum adeſſe. Pari modo res ſeſe habet ⁊ in ſcientijs ſenſibilium, ⁊ ob eādeꝫ vtiqꝫ cām: qꝛ ſenſibilia ſingularia ſunt ⁊ extra, ſicuti diximus. Sꝫ vt de his exacti⁹ dilucidiuſue dicamus: dabit̄ nobis rurſus occaſio.

¶ Cauſa aūt: qm̄ ſingulariū qdem, ſm̄ actuꝫ ſenſus: ſciētia aūt, vniuerſaliū. hęc aūt: in ipſa quodāmodo ſunt aīa. Unde intelligē in ipo eſt, cum vult: ſentire autē non eſt in ipſo. neceſſariū eſt enim: eſſe ſenſibile. Siliter aūt ⁊ hoc ſe habet in ſciētijs ſenſibiliū, ⁊ pp̄ter eādem cauſam: qꝛ ſenſibilia ſingulariū ſunt ⁊ exteriorū. Sed de his quidē certificare: fiet ⁊ rurſum tempus.

Obiectiones. ⸿ S; ꝯtra hāc pōnē argumētanť, q; tūc eadē anima poſſet eē act⁹ diuerſoꝝ corpoꝝ: ꝯtra philoſ. ⸿ Rñdēt, ꝙ nihil ꝓhibet aīam vnā nūo eē actū diuerſoꝝ corpoꝝ ſucceſſiue, quę ſunt eiuſdē ſpēi: dicūt eiuſdē ſpēi, q; eadē aīa nec ſimul, nec ſucceſſiue pōt eē act⁹ corpoꝝ diuerſoꝝ ſpecie. ſ. hoīs ⁊ bruti: hic.n. fuit error Pythagorę, quē vbiq; explodit Ariſt. Dicūt ſucceſſiue, q; l; aīa eadē nūo nō poſſit eē actus diuerſoꝝ corpoꝝ ſimul eiuſdē ſpēi, ſucceſſiue pōt vt p;, q; ptib⁹ mālib⁹ in eodez hoīe nūo fluētibus, ⁊ refluētibus, oībus illis mālib⁹ partibus, quę a pn° gnātionis ſunt, deſluētibus: eadez eſt aīa nūo pueri ⁊ ſenis. quare a pari eadē poteſt eē aīa gnāti ⁊ corrupti ſucceſſiue: ⁊ non ſimul, ſicut eadē eſt pueri ⁊ ſenis, etiā oībus mālib⁹ ptibus, quę erāt aīe pueri, deſluētibus ſm Arim in lib. de gnātione: greci ꝯcedūt poſſe eādē aīam eē formā pluriū corpoꝝ ſimul: veruž de hoc ſupra. ⸿ Scđo obijciť cōtra hāc poſitionē, q; ſi aīa ingrederet ⁊ egrederet corpus, aīa eēt per ſe mobilis: ⁊ ſic eēt corpus, vt Arius deducit ꝯtra Pythagoraž p̄mo huius.

Supra tertiā ꝯmē. 32. ⸿ Rñdet ad hoc Simpl. 6° phyſicę auſcultationis, ꝙ animā egredi ⁊ ingredi nō eſt ipſam moueri de corpe in corpus: vt voluit Pythagoras: vt recte cōtra ipm argumētať Arius, q; tūc eēt corpus: ſed aīam egredi ⁊ ingredi humanuž corpus eſt ipm deſinē ⁊ incipe illuſtrare ꝓpter corpis diſpōnē, vel indiſpōnē. Illuſtrat eiž aīa corpus, quo ipſuž actuat, ⁊ informat: obſcurat ꝟo quo ipm deſinit iformare, ac actuare. ⸿ Tertio p̄ncipalr̄ obijciť,

Tex. cō. 41. q; vt argumētať Arius p̄ huius, eēt reſurrectio mortuoruž. ⸿ Rñdēt ꝙ ħ ſequereť ſm Pythagorā, qui poſuit vnicā ſubālē formā in cōpoſito: at in hoīe p̄ter intellectiuā aīam ponēda eſt dianoetica, quę eſt ꝑfectiſſima ſenſitiuarū: quę cū deſinat eē ſimplr̄ in morte: ⁊ nunq̄ eadē numero redire poſſit: nunq̄ ſequiť reſurgē eūdez numero hoīem: nō.n. hō eſt ꝑ ſe aīa itellectiua ⁊ mā: ſ; adſunt alię formę ſm hanc poſitionē: quaꝝ vna eſt dianoetica. ⸿ Quarto obijciť, q; vel nūs aīaꝝ eēt equalis numero corpoꝝ, vel maior, vel minor. ⸿ Dicēdū ꝙ nūs aīaruž ſemꝑ eſt ęqualis nūo corpoꝝ, q; ſemꝑ gnātio vnius hominis, eſt alterius corruptio, ⁊ ꝯtra etiā ſit. ğ nunq̄ dabitur aīa niſi in corpe, ⁊ nunq̄ corpus viuens, in quo nō ſit aīa. Hęc ſunt, quę ꝑceptor defendit ad mētē Platonis, ⁊ Arius in eo libello, quē iſcripſit de aīarū pluralitate, quē ꝯfecit cōpluribus annis poſt noſtrū de intellectu li°. ⸿ Et

Refutatio poſitionis. l; ꝓpter reuerētiaž ꝑceptoris huic deberē acqeſcē: q; tn̄ Ꝟitas ſemꝑ eſt ꝑferēda, ideo pace tāti viri dixerim, ego nō arbitror hęc dici poſſe ad mentē Ariſ. Sapit.n. hęc poſitio aliq̄ modo vnitatē aīę itellectiuę poſſe eē diuerſoꝝ corpoꝝ ꝓpterea, mihi nō placet. Primo q; vt argumētatur Auer. in hoc loco, tūc hō eēt anteq̄ eēt, ⁊ vnus numero ſimplr̄ hō eēt, qui corruptus eēt, ⁊ qui eēt genitus. Deduciť, q; vltima forᵃ, per quā res eſt ſimplr̄, erit vna numero: quoꝝ.n. forma eſt vna nūo ſimplr̄, illa ſunt vnū nūo ſimpʳ. nec licet fugē ad cogitatiuā, q; illa ſi pcedat, nō reponit hoīem in eē ſpecifico, ſed in eē generico. Qđ ꝟo dicebať de ſene ⁊ puero, nō cogit: q; hō ſenex nō differt nūo a ſeipſo puero ſimplr̄, ſ; numero per accñs: non per defluxū oīum ptiū mālium, ſed aliquaꝝ: q; ſemꝑ radicales ptes remanēt: ſaltē ſm q̄d. ⸿ P̄. Aīa nō fit in mā ſenis, niſi illa noua mā fiat vna cū priori: qđ nō pōt eē ſic in caſu ſuo. ⸿ P̄. Arius reꝑhēdit z° hui⁹ eos, qui aīmā indifferēter corpori adaptabāt: aſſerēs actum vniuſcuiuſq; eē aptū fieri in ꝑpa mā: ⁊ nō in quauis indifferēter.

Tex. cō. 24. ⸿ P̄. Arius vt viſum eſt ex ꝑpa intētione z° de gnātione aīaliū demrāuit aīaž nō eē factā ante eius corpus: vt 12° metaph. etiā replicauit. Ergo hęc poſitio l; ſit platonica: non videť eē ꝑipathetica. ⸿ Teneo ğ ꝓpter has

Tex. cō. 16. Propria pō[ſitio] pro opione Ariſto. rōnes, ⁊ ꝓpter alias, quas fecimus in lib. de intellectu aīas humanoꝝ corpoꝝ remanē poſt mortē ſimplr̄ ſine corporibus: quoꝝ erāt formę. Cū ꝟo dicebať in ſeparatis nō dari īfinitum: hoc veꝝ eſt, vt dixit Plato, qui poſuit ideam infinitā aliā ab ipſo deo, vt p; 3° Phyſic. tn̄ poſſe reꝑiri multitudinē infinitā rerum nō per ſe quātaꝝ, nec hñtiū ordinē eēntialē, niſi per accñs, ſm Arim nō video eſſe repugnans. ⸿ Vltima ratio p̄ncipalis diſputata eſt lib. p̄ de celo. Diuus eniž Thomas tenuit aīaž poſt mortē remanē formalr̄ neceſſariam ſm opionē Arii, l; ſit creata de nouo: q; l; ante creationē fuit cōtingēs creari, poſt creationē eſt eterna: ⁊ ſic neceſſaria a pte poſt. Imaginanť.n. aliqđ eſſe ꝯtingēs dupl'r. Vno modo qđ nō eſt, ⁊ ꝯtingit eē ſimplr̄. Alio modo qđ nō eſt, ⁊ ꝯtingit eē ħ vel illud. Primo modo hoīem qui nō eſt ſedēs, ꝯtingit ſimplr̄ ſedere, qn̄ nō ſedet, ⁊ pōt ſedē: ⁊ cū ſedet, pōt nō ſedere. Scđo ꝟo modo aīa antechiſt quę nō eſt, ꝯtingit eē: nō quidem ſimplr̄, ſed q; ꝯtingit eē eterna: qn̄ l; ꝯtingat fieri, cū eſt, erit neceſſaria, ac eterna: ⁊ ſic eſt ꝯtingēs eē nō ſimpliciter, ſ; hoc. ſ. eterna. Ante.n. q̄ fiat, ꝯtingit fieri: nō tamē ſimplr̄, ſed fieri eternā: ⁊ ſic nā ꝯtingēs nō mutať ad naturā neceſſariam, quia ſicut ꝯtingit ipſam fieri eternā: ita erit eterna. ⸿ Sed ꝯtra, q; a pari poſſet Plato ſe defendē. Diceret enim mundum eē ꝯtingēs eē nō ſimplr̄, ſed anteq̄ fiat, diceret eū eē ꝯtingēs fieri eternū: ⁊ ita nō mutabiť nā ꝯtingēs in neceſſariam, q; ſicut ꝯtingebat eē: ita erit, cum erit factus. ⸿ Dicēdū ꝙ ſecus erit de cōpoſitis, quę nō pñt eē plura numero in eadem ſpecie, ⁊ ſecus de ſimplicib⁹: quę pñt eſſe plura numero in eadē ſpecie. In cōpoſitis eniž quę nō pñt eē plura numero in eadē ſpecie: ſi aliqđ ꝯtingit fieri, tale ꝯtingit eē ſimplr̄, ⁊ nō eē ſimplr̄: q; cū ſit factū cōpōne ptium, etiā pōt diſſolui diſſolōne earūdē partiū: qbus cōponebať: ⁊ q; eſt vnuž numero in ſua ſpecie, ideo ſi pōt nō eē, aliqñ nō erit, aliqñ nāle deſiderū erit fruſtra. Ergo in cōpoſitis nihil eſt ꝯtingēs eē, qđ nō ſit ꝯtingēs ſimplr̄ nō eē: ⁊ cum ſit vnū numero in ſua ſpecie, illud met numero, qđ eſt ꝯtingēs nō eē aliquādo nō erit. In ſimplicib⁹ ꝟo, quę pñt eē plura in eadez ſpecie, ſtat aliqđ eē ꝯtingēs eē: non tn̄ ſimplr̄, q; pōt eē contingēs eē eternū, cum nō op;, vt aliqñ nō ſit, cum aliud ſibi ſile in ſpecie poſſit ſtare in nō eē. quare appetitus in ſpecie nō erit fruſtra. Patet ğ ꝙ ratio Arii valet de mūdo, ꝙ ſi aliqñ nō fuit, ⁊ poſtea fuit, erat ꝯtingēs fieri ⁊ eē ſimplr̄, ⁊ cū nō ſit niſi vnus in ſua ſpecie, ipſemet aliqñ nō erit. At de aīa, cū ſit ſimplex, ⁊ multiplicata in ſua ſpecie, ſecus eſt. ⸿ Alij ꝟo dixerūt ꝙ aīa anteq̄ ſit, pōt eē, ⁊ poſtq̄ eſt, iteruž pōt nō eſſe. Cōcedo tn̄ ꝙ aliqđ poſſibile nō pōt a deo ꝑpetuari: diximus eniž coꝝ, quę ſunt,

alia eē cōpoſita, alia eē ſimplicia. In cōpoſitis quidē, nihil
pōt eē poſſibile non eē, ⁊ ab alio ꝑpetuari, ꝑſertim, cum
non poſſint eē plura in eadē ſpecie. Unde Auer. pmo de
Cōmē.110°. celo aſſerit aliquā potētiam materię poſſe nō eē: quę tñ
ab alio ꝑpetua eſt. Et hoc q2 eſt res ſimplex, ⁊ ꝑpetuabi
lis ab alio. At ſi cōpoſitū pōt non eē, ⁊ eſt vnū numero
in ſua ſpecie, de neceſſitate nō erit: ⁊ cum dr̄ tūc aliquod
poſſibile nō eē, erit ęternum, diximus in ſimplicibus, in
qbus eē pōt noua creatio, hoc non eē abſurdū. At in cō-
poſitis, in qbus Ari^les negauit nouā creationē, etiā dixit
nihil poſſe eē poſſibile non eē, ⁊ ęternū: quā determina-
tionē oſtēdit Simpl. auctē Platonis in pmo de celo. vbi
inducēs vba Platonis in Tymęo, ꝯceſſit aliquod ſim-
plex poſſe eſſe poſſibile non eē, ⁊ ęternū: quia dij ſecūdi
apud Platonē ſunt ſuis naturis poſſibiles nō eē: volūta
te dei ęterni. De cōpoſitis vo nullus ꝑipatheticus cōceſ-
ſit. quare hęc quattuor argumēta pñt ſtare cum Ari^lis de-
creto de imortalitate intellectiuę aię. Hęc ſufficiāt de aię
imortalitate: de qua plura diximus in libellis ꝓprijs.

De itellu ſpe culatiuo. li° p° trac. 5. ¶ Poſt hęc diſſerēdū eſt de itellectu ſpeculatiuo: nam lz
ſparſim in hoc loco dixerim, ⁊ in li° de itellectu, nūc bre-
uibus in vnū aliqua colligē bonū eſt, vt vos poſtulaſtis.
p° ꝯclo cōtra Ganda uēſē. vbi breuiter pmo dicamus, q̄ intellect⁹ ſpeculatiuus, nō
eſt vtus aię itellectiuę, ei cōnata: quia ipſa eſt apta ſpecu-
lari entia non ꝓducibilia a nobis: vt voluit Gandauēſis:
qui poſuit practicū ⁊ theoreticū intellect⁹ eē duas aię in-
tellectiuę vtutes: qbus aia pōt ſcire practice opabilia, et
theoretice ſpeculabilia, nec intell's ſpeculatiuus eſt intel
lectus mālis ⁊ practicus eſt dianoeticus, vt greci nomi-
nāt. nā Ari^les ꝓponēs de intellū diſſerē, aſſerit ſe velle
dicere de ea aię particula qua aia cognoſcit, ⁊ ſapit, vbi
oēs retulerūt ſape ⁊ cognoſcē ad eādem aię pticulam, vt
Philoponus demōſtrauit: vbi voluit eādē potētiā eē,
qua aia theoretice cognoſcit, ⁊ practice ſapit. Alias vo ra
Trac.5.c.3. tiones quęre li° de intellectu pmo. ¶ Scdo dicamus, q̄
ſpeculatiuus intell's nō eſt ipſe ſpēs vel ipa itelligibilia:
2° ꝯclo cōtra Iunioꝛes. vt voluerūt alij: qui aſſeruerūt intellectū ſpeculatiuū eē
ſpēs ipas rerū: quę intelligunt a phātaſmatibus cauſa-
tas in ipo māli itellectu: ęternas qdē ſm ſucceſſionē: cor-
ruptibiles vo ſimplr. pbat, quia nō eſt ꝯſuetū Auer. ⁊
Ari^lem itellecta, vel rōnes intelligēdi in nobis appellare
intellectū nec practicū nec ſpeculatiuū, ſed ſolū in deo
idē eſt intell's, ⁊ ratio intelligēdi, ⁊ res, quę itelligit. ergo
nec ſpēs ſiue rōnes intelligēdi, nec ipę res per ipſas rep-
ſentatę eē poſſunt intell's ſpeculatiuus, alioqn eēnt intel-
lectus: qđ eſt ꝯtra ꝯſuetudinē Auer. ⁊ Ariſ. Accedit, q̄ ſi-
cut vtus actiua eſt, quę eſt apta agere, ſic intell's ſpecula-
tiuus erit intell's qui eſt aptus ſpeculari, vel quo nos in-
tellectualiter poſſumus ſpeculari. at ꝯſtat ſpēs rerū, quę
itelligunt nō eē aptas ſpeculari. ergo nō poſſunt dici in-
Pō Egidij ⁊ Baccoñ. tellectus ſpeculatiuus. ¶ Egidius ergo romanus vir do
ctiſſimus ꝓpter hęc (vt arbitroꝛ) arbitrat nō ſpēs ipſas
ſolas eē intellm ſpeculatiuū, nec intellectū mālē ſine ſpe
ciebus, qm̄ nec ſpēs ſolę ſunt ſpeculari aptę, nec itellect⁹
ſine ſpēbus. ergo intell's ſpeculatiuus erit cōpoſitus quo-
dam ex itellectu māli, vt ſubiecto, ⁊ ſpēbus rerū, quę itel-
ligunt, vt formis. Hoc enim cōpoſitū mediātib⁹ ſpēbus
eſt aptum ſpeculari, veluti corpus calidū mediāte calo-
re aptum calefacē: vnde ſicut caloꝛ nō eſt aptus calefacē
niſi ſit in corpe, nec corpus ſine calore, ſed corpus calidū
mediāte calore: ſic intell's ſpeculatiuus cōpoſitus ex itel
lectu māli, ⁊ ſpēbus mediātibus ſpēbus eſt aptus ſpecu-
lari: nō aūt intell's mālis ſine ſpēbus, nec ſpēs ſine māli
li°.2.ſen.diſ. 20.q.vnica. itellectu. ¶ Eſt aūt de mēte Auer. vt arbitrant. Hęc po
ſitio, qa, vt Ioānes bacconitanus inqt, Auer. aſſeruit in-
tellectum ſpeculatiuū eē intellectū materialē informatū
intētionibus abſtractis, ęternis, vlibus vtute intell's agē-
tis: dicūt vlibus, nō quidē in eēndo, quia tales ſpēs, cum
ſint in ſubiecto ſingulari, ſunt ſingulares in eēndo: quia vo
ſunt in ſubiecto penitus immāli, tales ſpēs ſunt vles in re-
pręſentādo. ¶ Si queris vtrū hic intell's cōpoſitus ſit Utrum gñabilis.
gñabilis, ac corruptibilis. Reſpōdet Bacconitanus de
mēte Auer. hūc cōpoſitū intellectū eē gñabilē ac corru-
ptibilē ſm quid reſpectu. ſ. certi dati hois. nā cum hic in-
tellectus conſiderat, vt depēdet a phātaſmatibus ſocra.
vel pla. hic intellect⁹ eſt gñabilis, ⁊ corruptibilis: deſinē-
tibus enim phātaſmatibus ſocratis, vel platonis, ſpēs,
quę depēdebāt ab illis phātaſmatibus in fieri ⁊ ꝯſerua-
ri: deſinūt intellectū informare: ⁊ ſic deſinit intell's ſpecu-
latiuus, vt eſt ſocratis: vt vo cōſiderat reſpectu hois in
ſpecie, cum hō ſit ęternus ſm ꝑipatheticos, talis intelle-
ctus erit ęternus: ⁊ pfectus in maioꝛi pte hoium: nō eniz
pñt deſinē ſpēs, quę depēdebāt a phātaſmatibus vnius
hois, quin tot ⁊ ęquales gñent ex phātaſmatib⁹ alterius
hois. ergo reſpectu hois in ſpecie ſunt ęternę. Sunt etiā
ęternę reſpectu intell's mālis, qui eſt ęternus, ⁊ h̄ voluit
intelligē Auer. cū dicit, intellectū ſpeculatiuū eē gñabi-
lē, ⁊ corruptibilē reſpectu ſubiecti per qđ eſt verus. i. reſpe-
ctu cuius eſt ſilitudo: eſt enim intell's ſpeculatiuus corru
ptibilis reſpectu phantaſiabiliū vnius hois, quoꝝ ſpēs
ſunt verę. i. ſilitudines. Eſt tamē duplr ęternus, ⁊ ratione
intell's in quo ſunt, ⁊ per quē ſunt entia: ⁊ rōne phātaſia-
bilium, quę ſunt ęterna ſm ſpēm: vt dictū eſt. ¶ Iuxta
hāc poſitionē ꝯcedēdum eſt eūdē intellectū eē ſpecula-
tiuum ⁊ practicū, quatenus eadē res eſt ens nāle, ⁊ ens
opabile a nobis: vt ſanitas. Intellect⁹ enim ſpeculatiuus
eſt rerum ſimplr ꝯſideratarū: practicus vo rerū ſm qđ
ꝓſpectarū. ¶ Secūdo dicēdum eſt hūc intellectū eē di-
minubilē, ⁊ augmētabilē, ⁊ ſemp ęqualē: reſpectu enim
eiuſdē hois creſcit, ac decreſcit creſcētibus, ⁊ decreſcēti-
bus phātaſmatibus illius, eſt ęqualis reſpectu maioꝛis
ptis hominū, in qbus intellect⁹ eſt pfectus. ¶ Sed hāc
poſitionē refutauimus quātū ad ſpēs, quas ponūt, libro Trac.5.c.8. 9.⁊.14.
pmo de itellectu: ꝓpterea pro opione Auer. dicebamus
intellectū ſpeculatiuū eē cōpoſitū ex itellectu materia-
li quaſi ſubiecto: ⁊ vlibus apphēſis, quę ſunt in eo nō ſubie
ctiue, ſed obiectiue: vt ſępe diximus. Unde hęc noſtra poſi
tio, quā dicimus eē de mēte Auer. differt a poꝛi in vno,
q̄. ſ. negat ſpēs, tamē in cęteris eadē aſſerit. Hūc intelle-
ctum eē etiā intellectū in habitu de mēte Auer. ⁊ ſpecula
tiuum diximus: ſpeculatiuū quidē in vigilia quo ſpecu-
lamur, intellectū in habitu vo, quo poſſumus ſpeculari
per ipm, quādo volumus. Rurſus hic intellect⁹ aliquā-
do eſt pfectus reſpectu huius vel illius hois, vtpote, cū
nihil reſtat phātaſiandū, quoniā ei eſt copulatus ac acq-
ſitus ſm oia ea, quę in ſe intelligit: quā diſpoſitionē itel-
lectū adeptionis vocat Auer. Aliquādo eſt impfect⁹ non
oino acqſitus ac copulat⁹ huic homini, ⁊ hic dicit itelle-
ctus ſpeculatiuus in fieri: quiqꝫ creſcat ac decreſcit in no-
bis cremēto ac decremēto phātaſmatū. Diciturqꝫ intel-
lect⁹ in habitu, quo poſſumus eo ſpeculari, quādo volu-
mus: ſpeculatiuus vo, quo pfectus ipſis vlibus intelle-
ctis, poſſumus ſpeculari: quo vo dicat practicus, dictū
eſt. ¶ Sed ꝯtra hanc poſitionē eſt vna dubitatio maxi- An intell's cōponat.
ma q̄ hac poſitione data, intell's nec cōponeret, nec diui
deret, nec ſyllogiçaret. ⁊ ꝯſequētia patet: qa intellect⁹ non
itelligeret niſi vlia ſimplici itellectione, quę itellectio eēt
ipſę res itellectę. Hoc aūt eſt ꝯtra cōmunē hominū ꝯſen
ſum, ⁊ cōtra Ariſtotelē infra, vbi ponēs differētiā inter Tex.cō.39.
phātaſiam, ⁊ affirmationē ac negationē, aut phātaſiam
eē alterū

eẽ alterũ ab affirmatiõe ꝛ negatione:cõpoſitionẽ ꝟo in/
tellectionũ eẽ verum aut falſum. Ecce ꝙ clare pȝ eẽ ali/
quam itellectionẽ cõpoſitã,quę non niſi ab itellectu cõſi
3ª poſitio ciatur.¶ Ad hoc ridẽt gręci virtutẽ cõpoſitiuã in hoĩe
diuiſiuã ac ſyllogiſticã eẽ dianoeticã,quę nõ eſt intelle/
ctus. Hęc enim vt Philoponus inqͭ pmo Prioꝝ,vt ac/
cipit ab intellectu/facit demõſtratiuũ ſyllm,ꝛ vliter co/
gnoſcit:vt accipit,ab opinatiua virtute:facit ſyllm diale
cticum,ꝛ cõponit ,ppõnes dialecticas,vt accipit a phã/
taſtica,cõponit ſophiſticum/ꝛ facit ,ppõnes ſophiſticas.
ergo ꝟtus cõpoſitiua,diuiſiua,ꝛ ſyllogiſtica eſt dianoeti/
ca:vnde ꝛ nomẽ habet diſcurſiuę ꝟtutis cum dicaꝛ ꝛ lo/
giſtica.Quare iuxta hãc opinionẽ intellect⁹ itelligit ſolũ
vlia ſimplicia:ꝛ qdẽ ęquali ęternaqȝ itellectiõe.¶ Sed
dubitaꝛ pmo,qa ſi dianoetica põt vniuerſalia,ꝛ ſingula/
ria intelligẽ,ꝛ cõponẽ,ꝛ diuidẽ,ꝛ ſyllogiçare de his,fru/
ſtra homini dabiꝛ intells,cum oĩa hẽc poſſit per ſolã co
gitatiuã/quę dicitur dianoetica.¶ Alexãder quidẽ ꝯcedit
totũ:nõ enim ponit pter ipam dianoeticã in hoĩe aliam
ꝟtutẽ. Tamẽ Philoponus,ꝛ Simplicius dicerẽt intel/
lectũ non eẽ homini fruſtra datuȝ:qa lȝ dianoetica app/
hẽdat vlia,ꝛ ſingularia/nec hęc nec illa per eius naturaȝ
apphendit:ſed vlia apphẽdit,vt actuata intellectu.nam
ſm eos ex dianoetica,ꝛ intellectu ſit vna aĩa actu,cuius
operatio eſt vna . Singularia ꝟo apphẽdit mediãtibus
ſenſibus,de numero quoꝝ ipa eſt vna ꝟtus. ¶ Secũdo
dubitaꝛ cõtra idẽ,qa dianoetica eſt ꝟtus mãlis.ergo nõ
põt vliter cõponẽ,vel diuidẽ,vel ſyllogiçare:qa ſic vni/
uerſaliter itelligeret,ꝛ abſtracte. ¶ Dicẽduȝ(vt nũc di/
ctum eſt)eam intelligẽ vliter,quo cum itellectu eſt vna
aĩa:cuius actualitate ipſa vliter ꝛ abſtracte cõponit,vel
diuidit,ꝛ diſcurrit:ipſa enim per eius nãm nihil tale ha/
bet,ſed vt itellectu actuata ſm Simpliciũ.¶ Quid ꝟo
Tex.5.c.24 ſit dicẽduȝ ſm Auer.lib.de itellectu pmo diximus. Põt
etiã dici pro opinione Auer.nõ obſtãtibus his,quę dixi/
mus lib.de itellectu:ꝙ itellectuȝ cõponẽ,vel diuidẽ,aut
ſyllogiçare idẽ eſt qȝ cum intelligẽ cõpoſita,vel diuiſa,
vel ſyllogiſtica,hoc eſt hoc per illud. Hoc eniȝ ſuppona/
tur pro modo:qa alibi diſputauimus.Tunc pro opinio/
ne Auer.poſſet dici,ꝙ itellectũ intelligẽ cõpoſita/vel di/
uiſa/vel ſyllogiſtica,aut ſimplicia bifariã itelligi poteſt:
vno modo per formalẽ ſiue actualẽ cõpoſitionẽ vel di/
uiſionẽ ab ipo de nouo factã per nouam ſimpliciũ itelle
ctionẽ:ꝛ hoc pacto intellect⁹/nec cõpoſita/nec ſimplicia/
nec ſyllogiſtica/nec aſyllogiſtica itelligit,quoniã ſimplr
nihil noui itelligit:vt dictũ eſt . Alio modo põt dici intel/
lectũ itelligẽ ſimplicia,vel cõpoſita ꝛ id genus/per cor/
reſpõdẽtiaȝ:ꝛ hoc modo aliqua ſimplicia itelligit,ꝛ ali/
qua cõpoſita vel diuiſa:aliqua ſyllogiſtica,ꝛ aliqua aſſyl
logiſtica.Simplicia qdeȝ,quę explicanꝛ per voces ſim/
plices,vt vlem hominẽ,qui per hãc vocẽ oĩs homo ex/
plicaꝛ in illa ,ppõne,oĩs hõ eſt aĩal:vel qui explicaꝛ per
illam vocẽ hõ,ſine additione cuiuſqȝ ſigni.Cõpoſita ꝟo,
quę explicanꝛ per vocẽ cõpoſitam mediãte copula ali/
qua,vt hominẽ exiſtẽtẽ aĩal,qȝ explicaꝛ per illam vocẽ
cõplexam/hõ eſt aĩal:diuiſa vel ſyllogiſtica eodem mo/
do:vnde illi ,ppõni/oĩs hõ eſt aĩal in voce:nulla ,ppoſi/
tio correſpõdet in mẽte ſm hanc viam:ſed hĩ correſpõdet
illud itellectum,qȝ eſt,oĩs homo exiſtẽs aĩal,illi/nullus
hõ eſt lapis in voce,nõ correſpõdet illa ,ppoſitio in mẽ/
te/nullus hõ eſt lapis,ſed hoc itellectũ vliter hõ nõ exi/
ſtẽs lapis. Intellect⁹ ergo itelligit cõpoſita,diuiſa/ꝛ ſyllo
giſtica ac aſyllogiſtica:nõ per actualẽ cõpoſitionẽ/vł di
uiſionẽ/vel diſcurſum : ſed per correſpõdẽtiã,qa quãdo
intelligit aliqua/quę nõ poſſunt explicari niſi per voces

ſimplices,tũc dicitur intelligẽ ſimplicia/qñ aliqua itelligit
vliter,quę nõ poſſunt explicari niſi per ,ppõnes affirma
tiuas vel negatiuas,tũc dicitur intelligẽ cõpoſita,ac cõpo/
nere vel diuidẽ,quãdo aliqua intelligit,quę non poſſunt
explicari niſi per ſyllogiſtica/vel aſyllogiſtica : ꝛ tũc dẽ
ſyllogiçare.ergo hęc nihil ſunt ex pte intells,vt itellect⁹,
ſed,vt per ipſum nos hęc ſic correſpõdẽter itelligimus.
Ad qd ꝟo ſubſeruat dianoetica,lib.pmo de itellectu di/
ximus.¶ Sed qd pro ipa ꝟitate dicẽdũ ſit,nõ erit dif/ Pro ſiune
ficile exponẽ,ſi ſtemus his,quę ſupius diximus de opi/
nione Ariſ.Accepimus enim de mẽte eius,ꝙ intellect⁹
non pus incepit ſuo corpe,ſed ꝙ ſimul incipiẽte corpore
ſuo incepit ipſe intells.Tũc quęrimus vel cuȝ intells in/
cipit,ſimul cum eo cõcreatur vniuerſa reruȝ ſciẽtia,vel
intellect⁹ ipſe pus incipit,ꝙ ſua ſciẽtia ſit ipſi facta. Nõ
eſt dicẽdũ ꝙ itellectu incipiẽte ſecuȝ ſciẽtia vniuerſa cõ/
creetur:qꝛ tũc derelinquetur opinio Platonis,vt dixit hic
Philoponus/ꝯtra Plutarchuȝ.Ariſ enim vbiqȝ aſſerit
noſtrũ ſcire nõ eẽ reminiſci/aſſerit etiã vt inqͭ Philopo
nus intellectũ eẽ in pncipio velut tabula raſa eſt,in qua
nihil depictũ eſt:vt Philoponus adducit cõtra Plutar/
chum.Aſſerit etiã noſtrũ ſcire ex ſenſibus deduci,qꝛ oĩs
doctrina,ꝛ oĩs diſciplina fit ex pexiſtẽti cognitione.Aſſe
rit etiã in lib.Poſter.deficẽ ſciẽtiam,cum deficit ſenſus:
vnde poſtea in hoc 3° ait,qui nihil ſentit,nihil diſcit, ni/
hilqȝ intelligit:vbi Philoponus dixit Ariſ velle clam Tex.cõ.39.
dicere,qȝ apte dictũ eſt in li° Poſter.ſ.ꝙ cuiuſlibet ſciẽ/
tię pnᵐ eſt ſenſus.Aſſeruit etiaȝ ſcđo huius.ꝙ aĩa noſtra
poſt ſui ortum maiori tpe degere in ignorãtia ꝙ in ſciẽ/
tia.Patet ergo pipathericũ eſſe,ꝙ noſtrũ ſcire ſit de no/
uo:intellectuqȝ eẽ pus factũ,ꝙ inſit ſibi vniuerſa rerum
ſciẽtia.¶ Ex qbus pȝ qd ſit intells ſpeculatiuus ſm ve/
ritatẽ.Eſt enim qd cõpoſituȝ ex ſpẽbus rerum,quę fece
rũt in ſenſibus phãtaſmata:ꝛ ipſo nr̃o intellectu,qui ſm
ſui ſubſtãtiã eſt ipa itellectiua aĩa. Hoc enim cõpoſitum
eſt intells ſpeculatiuus,qꝛ tale cõpoſitũ mediãtibus ſpe
ciebus põt ſpeculari ea itelligibilia,quorũ hę ſunt ſpẽs,
eſt ꝛ intells in habitu,quo ſpẽs fecerũt in ipo memoriã/
ac habitum ſiue fixionẽ.nam ſic mediãte ipo poſſumus
ſpeculari quãdocũqȝ volumus. Patet aũt,ꝙ qa intelle/
ctus põt de nouo intelligẽ,eum poſſe cõponẽ,ꝛ diuidẽ,ꝛ
ſyllogiçare : ꝛ ita vna erit ꝟtus ſyllogiſtica/cõpoſitiua et
diuiſiua,vt Ariſt.dicet poſtea. Quia ꝟo Auer.itellectuȝ
poſuit ſubſtãtiã ſeparatã,ꝛ ęternaȝ/ideo detruſus eſt ad
errores:cogiꝛ enim negare ſpẽs,ꝛ delere opiniones itel/
lectus,vt pȝ. Hactenus de digreſſione.

¶ Quocirca neqȝ cum corpore mixtũ ipſum eſſe:cõ/
ſentaneum eſt rationi:qualis enim quidã fieret/cali
dus aut frigidus:ꝛ inſtrumẽtũ aliquod ipſius eſſet
,pfecto/ſicut eſt ſenſus. Nunc autem:ipſius nullum
prorſus eſt inſtrumẽtum.

¶ Unde neqȝ miſceri rõnabile eſt ipſuȝ cor/
pori. Qualis eniȝ quidã vtiqȝ fieret calidus
aut frigidus,ꝛ ei aliqȝ organuȝ eẽt,ſicut ſen/ ĝ χαν, Et
ſitiuo. Nũc autem nullum eſt. vel ſi

¶ Cum intellectũ potẽtię dixit eẽ ptãte ſoluȝ,ꝛ nihil eſſe Collecta/
entium,ꝛ nullã eẽ naturã ipſius:ſed vel ſolum ꝙ poſſibi/ nea text⁹
lis vocatus eſt,oſtẽdit ipm ab omni mã eẽ abſtractum. cõⁿ 6.
ſed aliquaȝ formã,vt Simplicius dicit,duplr põt intel/
ligi vnita alicui.¶ Uno modo vt vita itrinſeca ꝛ ſpecifi
cans id cui ineſt,quali modo vita equi eſt inſeparabilis
ab equo . ¶ Alio modo vt vtens aliquo organo,quo di/
cimus viſuȝ eẽ inſeparabilẽ organo,quoniã oĩno vtitur

organo:ita ⁊ ſeparatā formam poſſumus dupl'r dicere, vel q: nō eſt actus ⁊ pfectio pma corpis, vel q: non vtit aliquo organo corpali. Uult ergo oſtēdē intellectū eē ſeparatum his duobus modis, vt Simplicius videt̃ ſentire, ⁊ ꝙ nō ſit actus ⁊ pfectio corporis: ſicut vita ſpecificans, nec organicus. Et pmo facit pᵐ. Scdo in lr̃a pxima faciet reliquū. ❡ Dicit ergo Ariſ. vnde neqꝫ miſceri rationale eſt ipm corpi. vult dicere, ſicut actus pmus ſpecificās ipm/ qd declarat .d. Qualis enī aliqs. ſ. individuus vtiqꝫ fiet/ aut frigus .i. frigidus, aut calor .i. calidus. ⁊ organū aliqd erit ipſius, ſicut .i. ſimile ſenſitiuo .i. organo ſenſus. Nūc autem nullū hoꝝ eſt. ergo non eſt virtus ſpecificans corpus, ac forma ⁊ actus eius.

Comᵐ 6ᵐ. **Hec eſt alia demōſtratio.** ❡ Proponit Auer. intētionē hui⁹ loci, ⁊ dicit. Hec eſt alia demōſtratio, q' intellectus mālis non eſt aliqd hoc, neqꝫ corpus, neqꝫ v'tus in corpe. Et ꝑponit cōtinuationē huius demōſtrationis ad textum habitū .d. Et q: natura eius eſt iſta quā narrauimus, recte neceſſe fuit vt nō admiſceret̃ cum corpe .i. ꝙ non eēt v'tus in corꝑe ꝙ forma admiſcet̃ cum corpe. Et dicit hic Simpl. ꝙ Ariſt. nō dixit intellectū potētię eſſe purā puationē totius eē ſubalis, ⁊ formaꝝ intelligibiliū: q: ſic eēt pura puatio ⁊ ꝑparatio, vt nos diximus eē mētem Alex. in lib. de aīa. ſed intellꝯ eſt pura potētia intelligibiliū ſeparatuſqꝫ ab omni corpe, vt ꝓbabit. ❡ Si. n. eēt v'tus in corpe.] Ponit nūc demōſtrationē/ quę videt̃ eē in forma ſylli hypothetici ꝯtinuatiui hoc pacto, ſi intellectus eēt v'tus in corpe, eēt qualitas ęlnti, vel cōplexio, vel forma ſubalis addita cōplexioni. Sed intellꝯ nullū hoꝝ eſt. ergo intellꝯ nō eſt v'tus in corpe. Jnqt ſi enī eēt v'tus in corpore, tūc eēt aliqua diſpoſitio, ⁊ aliqua qualitas. ⁊ ſi hrẽt qualitatē .i. eēt qualitas, tūc illa qualitas attribueret̃ calido, aut frigido. ſ. cōplexioni: in eo q' eſt cōplexio, aut eēt qualitas exiſtēs in cōplexione tñ addita cōplexioni: ſicut eſt de aīa ſenſibili, ⁊ ſibi ſilib⁹ .i. eēt forma in mā mediāte aliqua diſpōne: quę eſt cōplexio. ⁊ ſic hrẽt inſtrm̄ corpale. ſed nō habet qualitatē attributā calido ⁊ frigido, neqꝫ habet inſtrm̄. ergo nō eſt mixtū cum corpe. ❡ Et ꝯſiderare debemus.] Digredit̃ Auer. ⁊ ꝑponit q. ſoluēdā, ⁊ inqt: ⁊ ꝯſiderare debemus in cōſecutione ⁊ deſtructione, ſup. ꝯn̄tis: ex qua illata fuit deſtructio an̄tis: vtrū indigeant demr̄atione, aut nō. Fuit aūt cōſequētia hęc, intellꝯ eſt v'tus in corpe. ergo qualitas ęlnti, vel cōplexio, vel mixtio pma, vel forma addita mixtioni: hęc enim fuit ꝯſecutio ⁊ enthimema. Omne vero enthimema tenet in v'tute alicui⁹ ꝓpoſitionis ſeruatę in mēte, ideo opꝫ videre quę fuit ꝓpoſitio ſeruata in mēte. Fuit aūt ꝓpoſitio acta retēta in mēte hęc/ oīs forma attributa corpi mixto itrinſece, ⁊ per ſe eſt qualitas pᵃ, vel mixtio ex pmis qualitatib⁹, vel cōplexio, vel forma mixtionis: ſcilꝫ addita ei. Si enī vbi pſẽtur licētia nō reꝑitur aliqd aliud in mixto: niſi aliqd hoꝝ. Tunc huic maiori additur: hac minori intellꝯ: eſt v'tus in corpe mixto, ꝯcludit̃ ꝯcluſio prędicta. enthimema ergo fuit ex minori, ⁊ ꝯcluſione tñ, maiori ſeruata in mēte. ❡ Jnqt. dicamus igit̃/ qm̄ ꝯſecutio ꝯn̄tis ad pcedēs eſt vera: manifeſtū eſt ex pdictis. declaratū eſt enim ꝙ oīs virtus in corpe cōpoſito .i. mixto aut attribuit̃ pmis qualitatib⁹. ſ. formę cōplexionis .i. aut eſt cōplexio/ aut erit virtus exiſtēs in forma cōplonali: ⁊ ſic necio erit organica, aut ſup. erit mixtio, aut pma qualitas. ⁊ ſic habet̃ tota maior. ❡ Deſtructio vero.] Nūc declarat deſtructionē quātū ad duas ptes. ſ. pmo ꝙ nō ſit organica v'tus. Secūdo ꝙ nō ſit v'tus attributa cōplexioni. Qa nō ſit organica v'tus ſyllogizat̃ hoc pacto: oīs virtus organica eſt aliqs ſenſus, ſed itellectus nullus eſt ſenſus. ergo in ſcda figura, intellect⁹ nō eſt virtus organica. Minor ꝓbat̃, quoniā oīs ſenſus eſt iterior, vel exterior, ſed intellect⁹/ nec eſt ſenſus iterior, nec exterior. ergo nō ſenſus. ꝙ nō exterior cōſtat, quia oīs ſenſus exterior viſus eſt, guſtus, tact⁹ ⁊c. quoꝝ nullus eſt itellꝯ. ꝙ non interior ꝓbat̃ etiam, qm̄ nec ſenſus cōmunis, nec phātaſia, nec aliqd alioꝝ ⁊c. Jntellect⁹ ergo nō eſt organica v'tus. Syllogiſmi huius tñ minoris ꝓbationē tangit, ⁊ inqt. Deſtructio vero manifeſta eſt ex pdictis etiā, ⁊ ꝙ nō ſit exterior teſtatur .d. Declaratū eſt enim ꝙ nullū eſt inſtrm̄ aliud ab inſtr̄is quinqꝫ ſenſuū, vbi fuit declaratū ꝙ nullus eſt ſextus ſenſus. habet̃ ergo ꝙ intellect⁹ non eſt ſenſus exterior. Qꝫ non iterior declarat .d. ⁊ vl'r ſi intellect⁹ eēt v'tus aīalis in corpe, tūc aūt eēt ſext⁹ ſenſus: id eſt ſenſus cōmunis: qui eſt ſextus reſpectu quinqꝫ exterioꝝ, aut ꝯſequēs ſextū ſenſum. ſ. aliqd: cuius ꝓportio ad ſextū ſenſū eēt, ſicut imaginatio ad ſenſum cōem ſentiētē .i. phātaſia. modo vult hic ꝙ nō ſit interior ſenſus. tūc ſequit̃ ꝙ nullus ſit ſenſus: ⁊ per conſequēs ꝙ nō organicus. ❡ Qm̄ aūt.] Nūc declarat ꝙ intellꝯ non ſit mixtio ſeu cōplexio, ⁊ inquit. Quoniā autē intellꝯ mālis nō eſt v'tus attributa cōplexioni .i. cōplexio ipa vel mixtio: manifeſtū eſt ex pdictis, quoniā cum aīa ſenſilis nō eſt virtus attributa cōplexioni .i. nō eſt cōplexio, quāto magis intellꝯ: qui ſup. eſt vltimus in naturę ope. ❡ Deinde dedit ſcdam rationē .d. ⁊ ſi eēt attributus cōplexioni .i. eſſet ipa cōplexio, tūc (ſicut dicit Ariſto.) eē formę lapidis in aīa eēt idem cum eius eē extra animā. cōſequētiā ꝓbo, quoniā vbi intellect⁹ eſt mixtio, ſeu cōplexio, forma lapidis cōprehēſa eēt recepta in materia mediāte mixtione: ⁊ ſic mediante quātitate. ⁊ oīs forma recepta in materia mediāte mixtione, ⁊ qualitate, ⁊ quātitate, habet eſſe nāle ſimpl'r. ergo lapis eſſet ita in aīa, ſicut eſt extra animā. Et ſic dedit zᵐ ipoſſibile .d. ⁊ ſic lapis eēt cōprehēdēs, vel qm̄ ſi nō repugnat virtuti corpali eē cōprehendēs, nec lapidi. Uel quoniā ſi cōplexio pōt intelligẽ. ergo lapis: qui nō eſt plus q̄ꝫ cōplexio, neqꝫ minus. Et alia multa ipoſſibilia ꝯtingētia huic poſitioni. ❡ Et qdā dubitat.] Mouet q. ⁊ cōponit̃ ſic, cogitatiua eſt v'tus rōnalis, cogitatiua eſt organica. ergo in 3ᵃ figura, v'tus rōnalis eſt organica. huius accepit maiorē, ⁊ inquit. Et quidā dubitauit in hoc: qd fuit dictū ꝙ intellꝯ nō habet inſtrumētum. Ex hoc qd dicit̃, ꝙ v'tus imaginatiua eſt in interiori cerebri, cogitatiua i medio, ⁊ memoratiua in poſtremo. Eſt ergo maior cogitatiua eſt organica, ⁊ ꝓbat hoc per auctem .d. ⁊ hoc non tñ dictū eſt a medicis: ſed dictū eſt in ſenſu ⁊ ſenſato. pᵒ lib. de memoria ⁊ reminiſcētia. Minor aūt ꝓbatur, cogitatiua ratiocinat̃, intellꝯ ratiocinat̃. ergo intellꝯ eſt cogitatiua, in ſcda figura ex duabus affirmatiuis. Et hanc ꝓbationē ſoluet poſt. ſed qa ꝓhi ⁊ medici ſunt ꝯcordes quātū ad has v'tutes, ponit differētiā hoꝝ, ⁊ inqt. Galenus aūt ⁊ alij ratiocinant̃ ſup B, ꝙ iſtę v'tutes ſunt in iſtis locis per locū ꝯcomitātię/ ⁊ eſt locus faciēs eſtimare nō verus. Sꝫ declaratū eſt in lib. de ſenſu ⁊ ſenſa. ꝙ talis eſt ordo iſtaꝝ v'tutū in cerebro, per demōſtrationē dantē cām ⁊ eſſe. Et ſic pꝫ diīa pħoꝝ a medicis: quātū ad rationē huius ordinis, nō quātū ad ordinem in ſe. ❡ Sed qd intelligat Auer. per locū ꝯcomitātię, vt Gal. arguit, quid per demr̄ationē dantē eē, ⁊ cām, nō inueni declaratū adhuc. ❡ Jdeo debes ſcire, ꝙ vno modo intelligi pōt locus ꝯcomitātię .i. locus a ꝯcomitātibus. vbi gratia. ſicut imaginari ſequit̃ ſentire, cogitare ad imaginari, ⁊ memorari ad cogitare, ita imaginatio eſt poſt ſenſū, ⁊ cogitatiua poſt imaginatiuā, ⁊ memoratiua

poſt cogitatiuā. Aut intelligit per locū ɔcomitātię ordinē in dignitate: qa enim ſenſus cōis vilior eſt, ideo in primo loco. ⁊ qꝛ imaginatiua eſt pfectior, ideo in ſcḋo loco. ⁊ qꝛ cogitatiua illa eſt pfectior imaginatiua, ideo in 3° et vltimo memoratiua: tanꝗ̃ pfectio, ingt. ꝙ iſte locus ɔcomitātię facit eſtimare. i. eſt ꝓbabilis ſylls nō demōſtratiuus, qm̄ pmus modus nihil valet: vna enim virtus eſt: quę ordine quodaȝ ɔcomitat̄ duabus opationib⁹. Scḋs aūt nihil eſt, qm̄ accidit ꝙ vile ſit in pmo, vel poſtremo loco. ¶ Sed qd intelligat per demr̄ationē dantē cām ⁊ eē, videt̄ mihi ꝙ ipe ſe declarat in lib. de memoria ⁊ reminiſcētia. vbi ſic ingt, ⁊ qꝛ iſta v̄tus eſt diuerſarū actionum, ideo habet diuerſa loca in capite. ⁊ qꝛ ſentiēs ſentit pmo, deide imaginat̄ imaginās, deinde diſtinguit diſtinguens, deinde recipit ɔſeruās, neceſſe eſt vt imaginās ſit in oriçōte anteriori cerebri, deinde cogitās ſit in medio, deide memorās ⁊ ɔſeruās in poſteriori cerebri. in qbus Xbis duas dedit demr̄ationes: quaꝝ p̄ª arguit illas v̄tutes eē diuerſas ⁊ multas, ⁊ componit̄ ſic, oīs v̄tus cuius opationes ſunt numeratę, nec inuicē reduci aptę, eſt numerata numero illaꝝ opationum: ſed v̄tus ſenſitiua interior eſt v̄tus: cuius opationes ſunt nūatę, nec aptę adinuicē reduci. ergo ⁊c̄. Scḋa demōſtratio ꝓbat ordinē illarū, quę ſic ordinat̄, quo ordine ſituant̄ opationes nō inuicē reducibiles, eodē ⁊ v̄tutes: quaꝝ ſunt, ſed opationes ſenſitiuę ſic ordinant̄, ꝙ imaginari eſt in p̄ª pte, cogitare in 2ª, ⁊ memoratiua in 3ª. ergo ⁊ virtutes. Et hęc qdē demōſtratio dicit eē, qm̄ dat cām ordinis v̄tutū ex ordine opationū: tanꝗ̃ ex cā finali: quę eſt potiſſima cāꝝ. Demōſtratio ḡ Gal. erit inſufficiēs, qm̄ nō ꝓbauit per opationes oīno irreducibiles, ſed ſimpl'r loquebat̄ de oībus opationib⁹: de qbus non tenet. ⁊ qꝛ dicit, ꝙ hoc declarat̄ per demr̄ationē dicētē cām, ⁊ eē, ideo demōſtrat ibidē per ſenſum opationes ſic ordinari: vt dictū eſt, ad hoc vt demr̄atio ſit per cām, ⁊ eē. i. per mediū notū nobis ⁊ naturę, ⁊ ingt: ⁊ notū eſt ſenſui. cum enim cōplexio anterioris cerebri ledet̄, ſtatim ledet̄ imaginatio illi⁹ hoīs, ⁊ remanet cogitatio ⁊ rememoratio ſm̄ ſuum modū, ⁊ cum mediū fuerit leſum, ledet̄ cogitatio: ⁊ cū poſterius, memoria: ⁊ ideo ſunt qnqȝ ordines: quoꝝ primus eſt corpalis magni corticis, ⁊ eſt forma ſenſibilis extra aīam. Secūdus aūt eſt eē iſtius formę in ſenſu cōi, ⁊ eſt pmus ordinū ſpūaliū. Tertius eſt eē eius in v̄tute imaginatiua, ⁊ eſt magis ſpūalis. Quart⁹ eſt in v̄tute diſtinctiua. Quint⁹ aūt eſt eē eius in v̄tute memoratiua, ⁊ eſt magis ſpūalis: recipit enim medullas: qḋ diſtinguit tres v̄tutes a cortice. Ecce ḡ quō hęc demr̄atio eſt ſimpl'r: qꝛ per mediū notum naturę ⁊ nobis: ⁊ ſic locus hic eſt demr̄atiuus: ⁊ non ille Galeni. ¶ Sed iſtud.] Nūc ꝓſoluit argᵐ illoꝝ, ⁊ ꝓbat, ꝙ cogitatiua nō eſt intell's, ⁊ rōcinat̄ hoc modo, intellect⁹ cognoſcit ⁊ rōcinat̄ vl'r, cogitatiua nō vl'iter: ſed pticulariter. ḡ cogitatiua non eſt itell's, nec ecōtra. Qꝛ cogitatiua non rōcinet̄ vl'r: ſed pticulariter, accepit, ⁊ ingt. Sed iſtud nō ɔ̄dicit illi: qḋ dictū eſt hic. v̄tus. n. cogitatiua apud Ariſ. eſt v̄tus diſtinctiua indiuidualis. ſ. ꝙ nō diſtinguit, niſi indiuidual'r, nō vl'r. hoc ſyllogiçat̄ h̄ modo, oīs v̄tus diſtinguēs idolū ab intētione ⁊ qdditate rei ſenſilis, cognoſcat pticulariter, ⁊ nō vl'r. Tūc apponit minorem. d. Declaratū eſt. n. illic ꝙ v̄tus cogitatiua nō eſt niſi v̄tus: quę diſtinguit itētionē rei ſenſilis a ſuo idolo imaginato: ⁊ ſic pȝ minor. ¶ Ampli⁹ ꝓbat idē, illa v̄tus, cui⁹ ꝓportio ad has duas intētiones. ſ. idoli, ⁊ intētionis idoli, eſt ſicut ꝓportio ſenſus cōis ad itētiones qnqȝ ſenſuū, cognoſcit pticul'r, ⁊ nō vl'r. ⁊ accepit minorē. d. ⁊ iſta virtus eſt illa: cui⁹ ꝓportio ad has duas itētiones. ſ. ad idolū rei, ⁊ ad intētionē ſui idoli, eſt ſicut ꝓportio ſenſus cōis ad intētiones qnqȝ ſenſuū. Ideo ɔcludit maiorē pncipalis ſylli. d. Uirtus igit̄ cogitatiua eſt de gn̄e v̄tutū exntiū in corpib⁹. i. cogitatiua. ḡ eſt v̄tus cognoſcēs indiuidual'r tm̄, ⁊ nō vl'r. ¶ Et hāc maiorē ꝓbat Xbis Ariſ. d. Et hoc apte dixit Ari. in illo li° cū poſuit v̄tutes indiuiduales diſtinctas in 4ᵒʳ ordinib⁹. In p̄ poſuit ſenſum cōem, deide v̄tutē imaginatiuā, deide cogitatiuā, ⁊ poſtea rememoratiuā. ⁊ poſuit rememoratiuā magis ſpūalē, deide cogitatiuā, deide imaginatiuā, ⁊ poſtea ſenſilē. i. ſenſum cōem. ¶ Lȝ igit̄.] Remouet. q Galeni, qui ſic arguit, v̄tus cogitatiua appropat̄ homini, intell's approprīat̄ homini. ḡ intell's eſt v̄tus cogitatiua. Rn̄dit. d. Lȝ igit̄ hō ꝓpe habeat v̄tutē cogitatiuā: tn̄ nō facit hanc v̄tutē eē rōnalē diſtinctiuā. i. nō ꝓpter h̄ ſequit̄ ꝙ ſit intell's, vel ecōtra. Illa. n. diſtinguit intētiones vl'es, nō indiuiduales. ⁊ h̄ fuit dictū apte ab Ariſ. in illo lib. ꝓpter qḋ reſumit qḋ dixit, ⁊ ingt. Uirt⁹ igit̄ diſtinctiua rōnalis, ſi eēt v̄tus in corpe, ɔtingeret: vt eēt vna iſtaꝝ virtutū quattuor, quapropter hēet inſtrm̄ corpale, aut eēt alia v̄tus indiuidualis diſtincta ab iſtis 4ᵒʳ. ſȝ iam declaratū eſt illic eē ipoſſibile. habeat̄ ḡ pro manifeſto, ꝙ intell's non eſt v̄tus cogitatiua, nec ecōtra. ¶ Et qꝛ Gal.] Nunc ponit cām erroris Gal. arguit enim in 2ª figura ſic, v̄tus rōnalis appropatur homini, cogitatiua approprīat̄ homini. ergo in 2ª figura, eſt rōnalis. Reduxit aūt hūc ad p̄ᵃᵐ ɔuertēdo alterā ꝓpoſitionū. d. hoc modo, omne appropatū homini eſt v̄tus rationalis, tūc adequat̄ minor p̄dicta, cogitatiua eſt appropriata homini. ergo cogitatiua eſt rōnalis, ingt: ⁊ qꝛ Gal. eſtimauit ꝙ v̄tus cogitatiua eſt rōnalis m̄alis. i. itellect⁹ potētię, fecit ipm̄ errare in h̄ locus ɔ̄ńtis. i. argᵐ in 2ª figura ex duabus affirmatiuis, in qbus nihil ſequit̄. Et ponit illū. d. Quia enim v̄tus rōnalis approprīat̄ homini, ⁊ cogitatiua appropat̄ ei, eſtimat̄ ꝓpter ɔuerſionē affirmatiuę vl'is. i. maioris, ꝙ cogitatiua eſt rōnalis. Eſt ergo hic triplex error, tū qꝛ fallacia ɔ̄ńtis, tum qꝛ vl'is affirmatiua cōuertit̄ in pte, ⁊ nō in terminis, tum qꝛ in ſecunda figura ex duabus affirmatiuis. Et addit, ⁊ vnus eorū qui errauerunt in hoc eſt Alpharabius Albepharag Babylonēſis in ſuo cōmento in li° de ſenſu ⁊ ſenſato.

COMMENTARIVM.

Expoſitores: vt diuus Thomas, ⁊ Egiḋ. Ariſtotelē nūc ꝓbare dicūt intellm̄ non eē v̄tutē organicā, veluti v̄tus ſenſitiua eſt organica v̄tus. ¶ Simplicius Xo vult Ariſtotelē ex dictis deducere duo, ⁊ ꝙ intell's nō ſit vita itrinſecus viuificās corpuſqȝ ſpecificās, ⁊ ꝙ intell's nō ſit v̄tus in corpe. Primū dicit Ariſtotelē īferre in pmis Xbis, cum dicit. Unī neqȝ miſceri ipm̄ corpi, veluti vitā itrinſecus corpus viuificātē, corpuſqȝ ſpecificantē rōnabile eſt, cuius cām affert, qa tunc intell's qualis qdā eēt calidus, aut frigidus, qualitate. vȝ. humani corpis, cuius eſt vita. Scḋm Xo īferre dicit ſecūdis Xbis, cum ingt. Et ei aliqḋ organū eēt, ſi eēt v̄tus in corpe, ſicut dat̄ quoddā organū ipſi ſenſitiuo, ſiue ſenſui. At nullū tale organū videmus aſſignatū ipſi itellectui. ¶ Auerroes aūt Xba hęc itellexit, vt in collectaneis dictū eſt. Ait enim Ariſt. hic ponere aliaȝ demōſtrationē ad ꝓbādū itellectū, nec eē corpus, nec v̄tutē in corpe. ¶ Sed qꝛ hęc Auer. expoſitio reduci pōt in bonū, vtpote in illā Themiſtij: dicamus cum Themiſtio ꝙ Ariᵗᵉˢ ex dictis duo deducit. p̄ᵐ ꝙ intellect⁹ nō ſit corpus corpi miſcibile: vt phyſici dixerūt. Scḋm Xo ꝙ nō ſit v̄tus organica cum nō vtat̄ corpe, vt inſtrō. Hęc lȝ ex dictis facile deduci poſſint: Ariᵗᵉˢ tn̄ de nouo hęc ꝓbat. Deducunt̄ enim ex dictis, qa ſi itellect⁹ nullā prorſus na- Aug. Auer. cōuē. 6.

turam habet, niſi qua potētialis dr: mox ſeqtur ipſm non eē corpus corpi miſcibile: nec eē vtutē organicam: verū Ariſt^{les} his nō ɔtētus, pponit hoꝝ pⁿ cum dicit. Vñ neqꝫ miſceri rōnabile eſt ipſm corpori, hoc eſt: vnde rōnabile eſt ex dictis dicere ipſm itellectū non eē corpus .ſ. miſcibile alteri corpi. Cōuenit aūt hęc expoſitio vbis Ari^{lis}, qa mixtio non eſt niſi corpoꝝ pmo de gñatione. Qꝫ vō non ſit corpus corpi miſcibile, patet, eo qꝛ miſcibilia corpora nō ſunt niſi quatuor ęlīta, ideo īfert, qꝫ ſi itellect⁹ erit corpus corpi miſcibile, eēt aliqd quale: vt ęlītuꝫ. vꝫ. calidū vel frigidum: nullū enim corpus alteri corpi miſceri pōt vera ac pfecta vnione, niſi ſit ęlītuꝫ quale calidū vel frigidū. Qꝫ vō nō ſit vtus organica pbat, qa ſi itellectui cōpeteret aliqd organum: tale organū eēt ſile ei: qd cōpetit ſenſui. vꝫ. aut oculus, aut auris, aut id genus. Modo nullū tale organū eſt, qd poſſit itellectui aſſignari. ❡ Quo vō ad vba attinet vbum [ꝫ ei] in greco ſic habet ἢ καὶ, qd latine poteſt legi copulatiue, vt legūt boni iterptes, ꝫ pōt legi diſiūctiue: ꝫ vtroqꝫ modo ad reꝫ nihil refert, vt itelligēti patet. Hāc expōnem Themiſtij ſeqtur Philoponus ad vbū: vt pꝫ legēti cum in hoc loco. ❡ Themiſtius vltra textū aliquātulū euagās duabus rōnibus pbat, qꝫ itellect⁹ nō ſit vtus organica. Primo qdē, qꝛ tunc afficeret qualitatib⁹ organi, quę ſibi īpedimēto eēnt cōcipiēdi cetera ſenſibiliū gñia. Viſus enim affect⁹ qualitatibus viſoꝝ audibilia ɔcipe non pōt, ſilr nec alterius generis. Siſi modo ꝫ audit⁹ qualitatib⁹ ſui organi affectus ɔcipe non pōt ſenſibilia ceteroꝝ ſenſuum. ❡ Scdo vō idē pbat, qꝫ cum nimiū afficeret aliquo apphēſibili, ipediret ab apphēſione ceteroꝝ, veluti cum nimio ſtrepitu audit⁹ afficit, remiſſium ſonum nō apphēdet.

❡ Atqꝫ bene recteqꝫ cenſent: qui formarū locū animaꝫ inquiūt eſſe. attamē neqꝫ tota eſt locus, ſed intellectiua: neqꝫ eſt actu, ſed potentia formae.

❡ Et bene vtiqꝫ dicētes ſunt animā eſſe locū ſpecierū: niſi qꝫ nō tota, ſed intellectiua: neqꝫ actu, ſed potentia ſpecies.

Collectanea text⁹ cōm^{ti} eiuſdem 6ᵗ. ❡ Dedit vitatē antiquę poſitionis, ꝫ inqt: ꝫ bñ iam dicētes ſunt aiam eē locū ſpēꝝ. Corrigit tñ ipſos. d. niſi qꝫ nō tota ſed itellectiua, neqꝫ actu, ſed potētia ſpēs, qꝛ nō eſt res ipſe, ſed ſubiectum ipſarum.

Com^m 6ᵗ. **Cum declaratuꝫ ſit.** ❡ Proponit Auer. qd antiq dixerūt. d. Cum declaratū ſit, qꝫ nō eſt mixt⁹, tunc recte dixerūt deſcribētes aiam eē locū formaꝝ, cum. i. tametſi defecerit in hoc loco, qꝫ non acceperūt in notificādo ſubam eius, ppinquaꝫ, iſtā ɔſilitudinē ꝫ ɔueniētiā: quę eſt iter ipſam ꝫ locū. Attamē dicit, qꝫ iſta ɔſilitudo nō dꝫ accipi in intelligendo oēs ptes aię, ſed tñ in aia rōnali. Alię. n. ptes ſunt formę in materijs: rōnalis aūt nō. Eſt ergo dictum antiquoꝝ ſolū veruꝫ de rationali, ꝫ hoc ppter multa, vel (vt Simpl. dicit) qa ſola rōnalis ɔtinet itelligibilia. Senſitiua enim formas recipit tanqꝫ accītia: intells aūt nō recipit accītia, vt dicit. Secūdo qꝛ de rōne loci eſt fixe recipe, ſenſitiua recipit trāſmutabilr. modo locus eſt fixus reſpectu locati. Tertio qꝛ locus eſt ęqualis locato: nihil autē eſt ęquale formis vlibus, niſi intells, vt ɔſtat. Ergo bñ itelligit de itellectu ipſm eē locū ſpēruꝫ, qꝛ ɔtinet immobiliter ꝫ ęqualr ipſas ſpēs. i. formas. ❡ Sed locus.] Ponit tñ dr̃iam iter itellectū, ꝫ locuꝫ. d. ſed locus differt ab aia diſtinctiua itelligēte in hoc, qꝫ locus nihil eſt coꝝ: quę ſunt in eo, imo extrinſecus a locato. aia autē rōnalis eſt formę exiſtētes in ea, eſt dico nō actu, ſꝫ potētia. i. verum ſubm illaꝝ: ɔtinēs illas intētionalr. ſed dicet qs, cur Ariſt. dedit dr̃iam inter locū, ꝫ itellectū. An ſoluit, ꝫ fecit hoc ne aliqs itelligat ex hac deſcriptione qꝫ genus acceptuꝫ in ea ſit genus verū: nō rhetoricū. locus ergo eſt genus aię rhetoricū ꝫ metaphoricū. ❡ Sed dices in ſmone demōſtratiuo nō licet vti ſmone rhetorico. Rñdet, ſed cogit hō in talibus rebus: quę nō itelligunt niſi per cōſilitudinē, vt notificet ea per talia gñia rhetorica, ſicut dicit pmo Phyſic. ❡ Sed in hoc cōmēto accidit. q. circa vbum Auer. Dicit enim cogitatiuā minus ſpūalē eſſe memoratiua, ꝫ hoc idē in lib. deſtructio deſtruct. qdā dicūt vbuꝫ Auer. eſſe in ordine recto. verū in ordine reflexionis eē cogitatiuā. ❡ Quidā dicūt ſimplr eē memoratiuā ſpūaliorē, qꝛ non tñ ſenſiſſe recordamur: ſed ſciſſe diſputaſſeqꝫ. ❡ Sꝫ hęc truffę ſunt, ideo dicas qꝫ quātuꝫ ad res cōprehēſas memoratiua nō eſt ſpūalior cogitatiua, ſed quātuꝫ ad modū apphēdēdi, qꝛ ſemp memoratiua ſupponit denudationē factam per cogitatiuā, nō ſic cogitatiua ſupponit ſemp, ꝫ hoc intelligit Auer. in lib. de memoria ꝫ reminiſcētia, cum inqt, memoratiua eſt magis ſpūalis. Recipit enim. ſ. ſemp medullam eius qd diſtinguūt triplices ſenſus. Ecce qūo ſupponit illaꝫ eē vltima ſpiritualitate ſpiritualem. Cōm. 31°. diſputa. 3ª in ſol. 18.

COMMENTARIVM.

Diuus expoſitor dicit Ariſtotelēꝫ opinioni ſuę adaptare, qd dixerūt veteres de aia: veteres. n. definiētes aiam, dixerūt aiam eē locū ſpēꝝ itelligibiliū. Quā definitionē corrigēs Ariſtoteles, aſſerit hanc deſinitionē nō cōpetē omni aię, ſed itellectiuę tñ. Scdo dicit aiam nō eē actu locū ſpēruꝫ hꝫ eſt per cōnationē, vt Plato dixit, ſed ptāte. ſ. per nouam receptionē illaꝝ. ❡ Philoponus paruꝫ differēs ab hac expōne, voluit Ari^{lem} vba hęc retuliſſe in Platonē. Aſſerit eniꝫ Ari^{les} hic laudare Platonē, in eo qꝫ dixit aiaꝫ eē locū ſpēruꝫ eoꝝ, quę ipſa itelligit. At tñ qꝫ Ari^{les} rephēdat Platonē in duobus. Primo qdē in eo qd dicit omnē aiam eē locū ſpēꝝ, ꝫ non tñ itellectiuā. nam reuera ſola itellectiua, vt inqt Philoponus, eſt locus ſpēruꝫ, qa ſola rōnalis eſt imortalis, ꝫ vliū receptiua. Scdo vō in eo qd dicit ſpēs in aia eē actu, ꝫ non ptāte. Ponit. n. ſpēs eē cōnatas aię, nō de nouo ei acqſitas. At Ari^{les} tabellę non depictę ipam aſſilauit, cum velit nrm̄ ſcire pprie eē diſcere de nouo. Plato aūt aſſilauit depictę tabulę, cuꝫ velit noſtrū ſcire eē reminiſci. ❡ Sed vnde ſequatur hęc adaptatio, vel hęc Platonis cōmēdatio, diuus Expoſitor ex prime dictis hāc ſeq autumat. nā cum dictū ſit itellectiuā aiam eē nō organicā. Ex hoc ſeqtur ipſam eē locuꝫ ſpēꝝ. nā ſi eēt organica, nō ipſa, ſed organū eēt locus ſpecieruꝫ, vel ſaltē locus eēt qd cōpoſitū ex ipſa ꝫ organo. ❡ Philoponus īferre Ari^{lem} hoc vult ex ſupius dictis: dixit. n. ſupius qꝫ aia ſuſcipit ſpēs rerū itelligibiliū, cuꝫ nullā habeat nāꝫ, niſi receptiuā, ideo ſeqt ipſaꝫ eē locū receptiuū ſpecieꝝ intelligibiliū. ❡ Quo vō ad vba attinet. Simpl. ait Ari^{lem} hęc vba nō de itellū eē itelligēda: ſed de aia noetica: hꝫ eſt itellectiua. Primo qa itellect⁹ nō eſt aia: ſꝫ aię pticula. Modo vba Ari^{lis} ſunt de aia. Dicit. n. [Et bñ vtiqꝫ dicētes ſunt aiam] ꝫ nō dixit itellm. Scdo qa itells nō eſt locus ſpēꝝ, ſed aia ipſa, cui⁹ itells eſt pticula: vnde pprie itells, eſt quo aia eſt locās ſpēs: aia vō ipſe locus locans ſpēs. ❡ Sed occurres, qꝛ locus nō recipit: aia vō recipit ſpēs. ḡ in 2ª figª aia nō eſt locus. ❡ Simplicius aſſerit aiam itelle^{uā} aſſilari loco: nō qdeꝫ in recipiēdo, ſꝫ in ambiēdo: qꝛ ſm ipſm aia itelle^{ua} nō recipit, ſꝫ ambit ſpēs ac vlia. ❡ Pōt tamē dici Ari^{lem} eē locutū de more veteꝝ, qui crediderūt locū eē vacuū, ꝫ in eo corp⁹ recipi.

recipi. Hoc.n.modo aīa vacua ſpēbus, cum eas cōnatas non habeat, ſed po^a, dici pōt illarū locus. ¶ Themiſtius vo plurās vbū ειδων, exponit ſpecierū.ſ.vliū.nā etiā aīa ſenſitiua eſt locus ſpērū ſingulariū: verū hic per ſpēs vlia itelligit, vel ſpēs, quę vlr reperiūt. ¶ In digreſſione aūt Auer. aīaduerte, φ greci aſſerūt dianoeticā, quam cogitatiuā Auer. appellat, poſſe ⁊ vlia, ⁊ ſingularia itelligere: ſingularia qdē per eius nām, quę eſt ſingularis ac mālis, ⁊ per nām ſenſuū, qbus eſt copulata. Vlia vo nō itelligit ppter eius nām, ſed, vt actuata intellu māli per eēntiā abſtracto, velut aer per eius nām non pōt colorū itētiones vel ſpēs recipe: actuatus vo lumine ſpēs illorū recipit. ¶ Verū ſupius hāc poſitionē acutiſſime reprobauimus: vbi demſtrauimus nō poſſe cogitatiuā actuari itellectu ſimplr immāli, qa qua rōne non pōt recipe vle māle immāliter, eadē rōne, ⁊ minus poterit recipe atq͂ actuari ab itellectu ſimplr immāli, cū ſit lōge diſtātior ab itellectu, φ ab vli māli: ideo hęc ſunt itelligēda, vt diximus de itellectiua aīa, quę nō poſſet eē locus ſpecierū vliū (vt Philoponus inquit) niſi eēt ſimplr imoꝛtalis: ac per eſſentiā independēs ab eius ſubto.

¶ Atqui paſſionis vacuitatē non ſilem eſſe ſenſitiui atq͂ intellectiui: patet in ſenſuū inſtrīs atq͂ in ipſo ſenſu. Senſus enī: ex vehemēte ſenſibili ſentire nō pōt. Auditus nāq͂: non audit ſonum poſt magnos ſonos: ⁊ viſus non videt atq͂ odoꝛatus nō olfacit: poſt vehemētes coloꝛes atq͂ odoꝛes. At intellect^9 aliq̄ valde itelligibili itellecto: nō minus ſane ꝗ̄ magis ꝑcipit itelligitq͂ iferioꝛa. Senſitiuū.n.nō eſt ſine coꝛpe. At intell's ab eodē eſt ſeparabilis.

¶ Qꝛ autē non ſimilis ſit impaſſibilitas ſenſitiui ⁊ intellectiui: manifeſtū eſt ex ſenſorijs ⁊ ſenſu. Senſus enim nō pōt ſentire a vehementi ſenſibili, vt ſonum ⁊ a magnis ſonis: neq͂ a fortibus odoꝛibus, ⁊ coloꝛibus videre aut odoꝛare. Sed itellectus cum aliquid intellexerit valde itelligibile: nō minus intelligit iferioꝛa, ſed ⁊ magis. Nā ſenſitiuū qdē nō ſine coꝛpe eſt. Intell's aūt ſeparabilis.

Collectanea text^9 cō^{ti} 7^i. ¶ Expoſitores greci volūt φ cum Ariſt. demſtrauit itellectū eē ſeparatū a mixtione: hac in pte demōſtrat ipm ſeparari ab organo, ⁊ hoc pacto Simpl. hūc locū iterptatur. Qd aūt ſeparaṫ ab organo, hoc pacto ex vbis Themiſtij, ⁊ Simpl. ſyllogizari pōt id qd nō afficiṫ qualitatibus inſtri ac organi, nō eſt organicū, ſed itellect^9 nō afficiṫ. ergo ⁊c̄. Vel ſic, ois vtus, cui^9 opatio ab organi qualitatibus ac affectionib^9 ſoluiṫ, ſeparata eſt ab organo ac inſtrō, ſed itellect^9 eſt hmōi vtus. pbaṫ in lr̄a per dr̄iā iter ſenſum, ⁊ itellectū, ⁊ ſermo Ari. eſt ꝑſpicuus. Sylli igiṫ nihil accepit niſi minoris pbatiōes ſm expoſitores grecos. ¶ Sed pfecto hęc expoſitio ſuperfluū reddit Ariſt. qm̄ iam Ari. pbauit itellectū nō eē vtutē in coꝛpe. ergo ⁊ ipm ſeparari ab organo. ſiqs enim pbat aliquod nō eē aīal, ⁊ ipm nō eſſe hoiem pbatū capit. ſic in ppoſito ſiqs pbat itellectū ſolutū eē a coꝛpe, ac ipm nō eſſe in coꝛpe, pculdubio ⁊ ipm ſeparari ab organo, ac nō eſſe in organo pbabit. quare cū in pma littera pꝛima hoc fecit, nō decet ⁊ hic repetere, ideo ſuſtinetur Auer. melius, vt in expoſitione commenti dicetur.

duabꝰ viribꝰ diuerſis oino. ſ. ab intellu, ꝛ ſenſu. Alio mõ
pñt ↄſiderari vt hñt viꝫ vniꝰ itellecti, ac vnius cogniti.
v. g. vt cõcipiũtẽ ſub dña vel ↄueniẽtia, vt ſic enim hñt
viꝫ huiꝰ foꝛę ↄceptę, ac vniꝰ intellecti, vel qdditatis, qm̃
dña vl ↄueniẽtia eſt vna qdditas: ꝛ ſic itellꝰ itelligit vle
ſingulr: ſingulare aũt vt tranſit in rõne vniꝰ itellecti. ſnit
aũt neccũꝫ h̃ intellectui nõ ſimplr: qꝛ in ſe nõ hꝫ niſi co/
gnoſcẽ puras qdditates, ſꝫ vt ↄiũcꝰ ac cõuerſus ad noſ/
ga, vt ſic, accidit ꝙ intellu itelligamꝰ vle, ſenſu ſinglare,
ꝛ ſic opꝫ: vt aliq̃ virtꝰ vna ponat dñaꝫ: ꝛ illa eſt intellꝰ.
ℂ Sed dices oĩs virtꝰ appꝛehẽdens aliq̃ duo ſub vniꝰ
rõne intellecti cõueniẽtię vel differẽtię, appꝛehẽdit illa
ſepatiꝫ. g̃ ꝛc̃. ℂ Rñdeẽ ꝙ nõ opꝫ: metaphiſicus. n. inquã/
tuꝫ metaphiſicus ponit dñaꝫ iter ens: ꝛ hoc ens. ſ. ſorteꝫ: ꝛ
tñ nõ cognoſcit ſor. ꝑ ſe, ſꝫ mediãte hĩtu phĩco. ſ. pro q̃to
ſupponit ipm̃ notũ ab hĩtu phyſico: ſic in ꝓpoºˢ intellꝰ
cõpꝛehẽdit illa: vt hñt viꝫ vniꝰ itellecti nũo. nõ aũt opꝫ
ꝙ diſtinctim cõpꝛehendat illa, ſed ſufficit ꝙ ſit aliqua
virtus: cui cõtinuaẽ, quę cognoſcat illa ꝛc̃.

COMMENTARIVM.

1ª expõ **Non leuis** eſt huiꝰ loci interpꝛetatio, ꝑſertim cũ
magni viri nõ vna ſentiũt. Thomas
eniꝫ ꝛ Egidius ꝑcipui latinoꝝ iterpꝛętes arbitranẽ Ari/
ſtotelez nũc agẽ de obto ipſiꝰ itellꝰ: cũ. n. egiſſet de itellu
per cõparationẽ ad ſenſuꝫ, nũc cũ agẽ aſſerũt de obiecto
intellꝰ, qđ eſt qdditas rei mãlis, ſiue ipm̃ vle ſenſibile,
qđ eſt vle in ſenſibilibus, vel phantaſmatibꝰ exiſtens.
2ª expõ ℂ Simpliciꝰ ỽo autumat Ariſtotelez agẽ de ipſo intel
ligẽ ac de ipſo intellu, vt ad nos ↄuertunẽ: qꝛ egit de itel
lectu in ſe: dixit. n. ꝙ intellꝰ in ſe ſolũ vlia itelligit, vt ỽo
ad nos ↄuertiẽ, intelligit vlia, ꝛ ſingularia, ac ſenſibilia.
ℂ Sed dices de intelligẽ ꝛ ipſo intellu, vt ad nos cõuer
ſis poſtea aget: g̃ ſupfluit hic de his agẽ. ℂ Sꝫ dici põt
de eodeꝫ hic ꝛ poſtea Ariſtotelez agẽ: nõ tñ eodẽ mõ. nã
infra aget de opatiõe intellꝰ ad nos ↄuerſi in ſpẽ. At hic
3ª dña agit in gñe, vt vtriuſqꝫ ↄſiderãti pꝫ. ℂ Themiſtius ỽo ꝛ
Auer. aſſerũt ꝙ cũ actuꝫ ſit de intellu, ꝛ imaginaria, quę
ſit eoꝝ nã: nũc Ariſtotelez agẽ dicũt, quę nam dña inter
vtrãqꝫ ỽtutẽ ↄſtituẽda ſit, cuiꝰ cãꝫ aſſignat Auer. ꝙ ple/
riqꝫ eos differre nõ arbitrabãẽ, argᵗᵒ ꝙ imaginatio mo/
4ª Philo. uet itellm̃ vt in collectaneis dictũ eſt. ℂ Philoponꝰ ỽo
vult, ꝙ cũ Ariſtoteles tria de intellu ꝓpoſuit diſputare,
vnũ ſi ſempiternꝰ intellꝰ ſit, aut corruptibilis. Aliud ỽo
quo mõ ↄuenit, ꝛ differt a ſenſu: ex quo rurſus ſempiter/
nitatẽ nactꝰ eſt. Tertiũ deniqꝫ quõ ſit ipm̃ itelligẽ. prima
qdẽ duo ſufficiẽter (vt inquit, demõſtrauit) nunc 3ᵐ intẽdit
quõ, vꝫ, ipm̃ intelligẽ ſit. Uult tñ Ariſtotelez in pꝛęſenti
textu dubitare. naꝫ cũ duplicia ſunt intelligibilia mãlia,
ꝛ imãlia, ꝛ duplex virtꝰ cognoſcitiua. ſ. ſenſitiua, ꝛ itellꝰ;
vtruꝫ vnaquęqꝫ virtꝰ ꝓpꝛiũ ſuũ cognoſcat, vt ſenſitiua
mãlia: intellꝰiua ỽo imãlia, an itellꝰiua cognoſcat vtraqꝫ
mãlia, ꝛ imãlia. Cui vult (vt Ariſtoteles rñdeat) ꝙ virtꝰ
intellꝰiua non mõ imãlia, ſꝫ ꝛ mãlia cognoſcat: qꝛ virtus,
quę noſcit ſublimioꝛa, longe magis deterioꝛa cognoſcet.
Pꝛęterea ideꝫ ꝓbat: qa ſi intellectꝰ ſoluꝫ imãlia cogno/
ſcit, erit intellꝰ ſm̃ qd, qm̃ ſolum intellꝰ ſm̃ hęc, quę co/
gnoſcit: nõ aũt intellꝰ ſimplr. Hęc Philoponus, quę an
Pꝛopꝛia ↄſideratio. vera ſint, nõ eſt leue definire. ℂ Ego ỽo, qd faciat Ari/
ſtoteles, in h̃ textu nõ ignoro, cur ỽo illđ fecerit, ignoro.
Arbitror ergo Ariſtotelez facere vnuꝫ enthimema, quo
deducto, ac dilucidato, hęc oĩa quę viri iſti dixerũt Ari/
Enthimema ſtotelez velle, facile deduci pñt. Enthimema qdem tale
eſt, in oĩbꝰ cõpoſitis ex indiuiduo ꝛ vli, ex mã ꝛ forma,
ex qdditate ꝛ hñte qdditatẽ, aliud eſt vle ꝛ indiuiduuꝫ,
aliud forma ꝛ mã, aliud eẽ ſiue qdditas ꝛ hñs qdditatẽ:
ergo intellꝰ hoc eſt aĩa rõnalis (vt itelligit Philoponꝰ)
aut alia atqꝫ alia virtute vle ꝛ indiuiduũ qdditatẽ ꝛ ha/
bens qdditatẽ diſcernit, aut eadeꝫ virtute alr atqꝫ alr ſe
hñte, ꝛ cuꝫ nõ alia atqꝫ alia virtute, vt dicemus. ergo aĩa
diſcernit vle ꝛ indiuiduũ eadeꝫ virtute alr atqꝫ aliter ſe
hñte: vtpote ipſo itellu alr atqꝫ alr ſe hñte. Quo ꝑfecto
cõceſſo oẽs aſſignatę expõnes pñt ſtare. ſequiẽ. n. ſtatim
obiectũ intellꝰ eẽ vle in ſingularibꝰ, vt expoſitores di/
xerũt. Seqĩ ẽt intellm̃ intelligẽ vle, ꝛ idiuiduũ: vle qdẽ
ꝑ ſe: indiuiduũ ỽo, vt ad nos cõuerſuꝫ, vt dicit Simpli/
cius. Seqĩ 3º intellm̃ ab imaginaria differre, ꝙ intellus
vlia ꝛ ſingularia: imaginaria ỽo ſinglaria itelligat. Se/
quiẽ 4º ſolo qõnis more a Philopono. ſ. ꝙ virtꝰ intelle
ctiua mãlia. ſ. ſingularia ſenſibilia, ꝛ imãlia. ſ. vlia intelli
gat. ergo verificato enthimemate mox oĩa illa, quę iter/
pꝛętes dixerũt, ſequuntur. ℂ Ariſtoteles ergo pĩo ſumit
añs, ꝛ dicit: qm̃ aũt aliud eſt magnitudo, ꝛ magnitudiẽ
eẽ, ꝛ aqua ꝛ aquę eẽ, ꝛ ſic in multis alijs rebꝰ id genꝰ,
hoc eſt añs. Et qꝛ dixit. [Et ſic in multis alijs] ꝛ nõ dixit:
ꝛ ſic in oĩbus alijs. Aſſignat cãꝫ cur nõ in oĩbꝰ, ſꝫ in mul/
tis hoc añs locũ hẽat, anteq̃ꝫ infert ↄñs ꝛ dicit. Sed non
in oĩbꝰ: in qbuſdaꝫ. n. ideꝫ eſt. Bene g̃ dictũ eſt ſic eẽ in
multis, ꝛ nõ in oĩbꝰ: qꝛ in qbuſdaꝫ ideꝫ eſt vle, ꝛ ſingula/
re, qdditas, ꝛ indiuiduũ, vt in ſubſtãtijs ſepatis. Tũc li/
mitato añte ꝛ dilucidato: dat ↄñs, cũ dicit. eẽ carni, ꝛ car/
nem ꝛ alio: aut alr ſe hñte, diſcernit intellꝰ. i. aĩa rõnalis:
vt exponit Philoponus. Et ſupple tu non alio atqꝫ alio:
ergo eodẽ intellu alr ſe hñte aĩa rõnalis diſcernit carnẽ,
ꝛ vle carnis ſiue eẽ carnis: qꝛ accepit añs, ꝛ ſoluꝫ ipm̃ li/
mitauit: nõ aũt ꝓbauit, ſtatiꝫ illud ꝓbat, ꝛ dicit. Caro. n.
nõ ſine mã eſt: imo (vt Philoponus ingt) ſꝫ foꝛa in mã,
ſicꝫ ſymmũ eſt hoc in h̃, hoc eſt foꝛa in mã. eẽ ỽo carnis
cũ ſit vle, ſine mã eſt. ergo añs hñ aſſumptũ eſt. Hec de
enthimemate. ℂ Quo ỽo ad ỽba attinet, Themiſtiꝰ ꝑ
aquã itelligit cõpoſitũ ex mã ꝛ foꝛa, qđ eſt indiuiduum
aquę: qꝛ apud eũ ſola iduiidua cõponunẽ ex mã ꝛ foꝛa.
Per eẽ ỽo aquę itelligit formã aquę, ꝑ quã aq̃ eſt aq̃, q̃
foꝛa eſt rõ aquę, ꝛ vle oĩbꝰ indiuiduis aquę. Rõ qdẽ nõ
ſmo, ſꝫ eẽntia aquę, quã ſignat ſmo definitiuꝰ. Ule ỽo
nõ abſtractiue ſumptũ, vt aĩalitas vel humanitas, ſꝫ per
moduꝫ totiꝰ, vt aĩal ꝛ hõ: alioqn non pꝛędicareẽ de indiui/
duis. Uñ Philoponus aſſerit ꝙ aliud eſt ipm̃ hoc: aliud
ỽo ipm̃ huic. Ipſuꝫ qdẽ h̃ ſimul mãꝫ ꝛ formã ſignat: vt
ſunt aqua, ꝛ magnitudo. Ipſuꝫ ỽo huic formã ſolã ſine
mã ſignat. veluti aquę eẽ, ꝛ magnitudini eẽ. Per exẽplũ
aquę, vt Themiſtius ingt. intelligit nãlia: naꝫ in nãlibus
aliud eſt ipm̃ hoc, ꝛ aliud ipm̃ huic: vt Philoponꝰ ingt.
Per exẽpluꝫ magnitudis itelligit idẽ in artificialibꝰ. In
artificialibꝰ eniꝫ aliud eſt ſtatua: aliud eẽ ſtatuę: ꝛ ſic in
alijs. ℂ Sed dices tũc ꝑtermiſiſſet mathe^ca: in qbꝰ etiã
aliud eſt eẽ, ꝛ cõpoſitũ ex mã ꝛ foꝛa. Propter h̃ Expoſi
tor ꝑ magnitudinẽ voluit hic exẽpluꝫ in mathematicis:
in qbꝰ iduiduũ cõponiẽ ex foꝛa ꝛ mã itelligibili, quę eſt
ipm̃ ↄtinuũ, vel diſcretũ. Triangulus eniꝫ componiẽ ex
figura, ꝛ continuo: veꝝ de mã reꝝ mathematicaꝝ alibi.
Poſſet tñ pro Themiſtio dici Ariſtotelez ꝑ magnitudi/

nez artificialia intellexiſſe.per aquã vo nãlia:non tñ eſt Ariſtoteles diminut⁹,qꝛ mathe^ca ſunt et artificialia,atz artificio quodã mathe^ca figurent̃. Dixit vo nõ in oĩbus idez eẽ vle,ꝛ idũduũ: qꝛ vt Philopon⁹ inqt. In rebus imãlib⁹ idez eſt ipm h,ꝛ ipm huic,h eſt,ipm vle ꝛ ipm ſingulare:vt in deo. ¶ Attentione dignũ ꝙ ſm Alexan. Ariſtoteles ꝯcluſit vnam diſiunctiuã, vz,ꝙ aĩa diſcernit vle ꝛ ſingulare, vel alia atqz alia v̄tute, vel eadẽ alr̃ atqz alr̃ ſe hñte:ideo, vt Plutarch⁹ ꝛ Alexã.dixerunt,hęc diſiunctiua vera eſt pro p̃ͣ pte.ſ.ꝙ alia v̄tute aĩa cognoſcat vl'ia,ac imãlia, vz, intellũ:alia vo ſinglaria ac mãlia, vz, ſenſu. Philopon⁹ vo nõ negat itellu vl'ia,ꝛ ſenſu ſingularia dephẽdẽ:ſz vult aĩaz eadem v̄tute alr̃ atqz alr̃ ſe hñte dephẽdi vl'ia ꝛ ſingularia,imãlia,ꝛ mãlia:vt poſtea dilucidabit̃. Qꝫ aũt itellu apphendat aĩa ſingulare ac mãlia ipſa, probat Philopon⁹ p̄mo:qꝛ ſi intellus nõ cognoſceret ſingulare,non poſſet corrigẽ ſenſum,qui errat circa cogñez rei ſingularis. At intellus corrigit ſenſuz:ſenſus.n.in aqua indicat remũ fractũ,ꝛ ſolem in cęlo pedalez. At intell's corrigit,oſtẽdens,ꝙ neqz remus fractus eſt,nec ſol eſt pedalis:imo maior tota terra. Scdo argumẽtat̃,cognoſcẽs dĩaz aliquoꝝ,cogſcit multo magis extrema:vt 2° hui⁹ Ariſtoteles accepit,pbãs ſenſum cõez eẽ. At intell's cogſcit dĩaz inter vle ꝛ ſingulare,inter mãlia,ꝛ imãlia:ergo cognoſcit vtraqz. Hęc Philopon⁹ de qb⁹ in dilucidario metaphyſicaꝝ diſputationũ.

¶ Senſitiua igit̃ parte calidũ diſcernit ꝛ frigidũ: quoꝝ quedaz eſt ratio caro. alia vo eſſe carnis diſcernit:aut ſepabili aut ſeſe hñte ad ſeipſam ꝑinde atqz ſeſe habet cũ extenſa fuerit linea flexa.

¶ Senſitiuo qdez igit̃ calidũ, ꝛ frigidũ diſcernit, ꝛ quoꝝ ratio quędam caro eſt. Alio autez aut ſeparabili,aut ſicut circũflexa ſe habet ad ſeipſam,cum extenſa ſit : carnis enim eſſe ꝛ diſcernit.

r.ãe enim ꝑfecto

Collectanea text⁹ cõn 10'. ¶ Qm̃ alio vel alr̃ ſe hñte iudicare dixit magnitudinez,ꝛ indiuiduũ,ꝛ magnitudini eẽ,diſtiguit quę qdẽ alio,quę vo alr̃ ſe hñt. ¶ Et debes ſcire (vt Simplici⁹ teſtat̃) ꝙ aĩa tria iudicat accñtia.ſ.ſẽſilia, ſubaz ſeu qdditatẽ, ꝛ ſpecificatũ ꝑ illaz qdditatẽ.i.hñs qdditatẽ:qd̓ eſt cõpoſitũ, vt Themiſtius dicit : ſenſilia accidẽtia ſenſitiuo iudicat. quidditatẽ aũt intellu in ſe ꝯſiſtẽte.hñs qdditatẽ intellu ſe hñte, vt linea circũflexa. cognitio g̃,qua attingit terminos ꝛ qdditates,eſt ſicut linea recta qm̃ cognoſcit illas: vt in ſe ꝯſiſtẽs.hñs aũt qdditatẽ cogſcit cogñe,quę ſilis eſt ſpherali vel circulari,qm̃ intell's intelligit cõpoſitũ ꝑut duplicat̃ ꝛ vt cõuertit̃ ad nos.ꝛ hęc ẽ expoſitio grecoꝝ.dicit Ari.xia ſup.ſenſitiuo qdẽ igit̃ calidũ,ꝛ frigidũ iudicat,ꝛ illa quoꝝ rõ.i.cã ꝓpinq̄ eſt q̄daz caro.i.indiuiduũ ſubę. ¶ Debes ſcire ꝙ rõ capit̃ qñqz pro diffõne, qñqz (vt Plato accepit in gorgia ꝛ theateto) pro cã ꝓpinqua:ꝛ hoc pacto frequẽter Ari.accepit:vt hic.ꝓpinq̄ aũt cã accñtiuz eiuz diffinita ſuba ẽ. ¶ Tũc dedit 2^m.d. Alio aũt aut.i.qm̃ ſepabili.i.ſepata cogñe (vt Simplici⁹ exponit) iudicat formas carniũ: vbi illa ꝑticula' Aut ꝯcõfirmãtis eſt, vt vult Simplici⁹. Et tũc dat 3^m.d. Aut ſup. qm̃ aĩa ſe hꝫ ſicut circũflexa ad ſeipſaꝫ:cũ extenſa ſit diſcernit carnis eẽ.i.hñs qdditatẽ carnis,ꝛ ſic verificatũ eſt ꝯſequẽs pdicti enthimematis.

Com.10^m **Et cum neceſſe.** ¶ Auerrois vltra expõnis terminos euagat⁹,vt ꝓbare ꝯñtiã illi⁹ enthimematis,ꝛ accipit tñqꝫ ꝯſeſſũ añs q̄dã, ꝛ illi addit ꝯñs,ꝛ inquit. Et cũ neċe eſt experimẽtare res diuerſas ꝑ v̄tutes diuerſas,ꝛ per ſentiẽs,ꝛ ſibi ſilia experimẽtat̃ aĩa calidũ frigidũ,ꝛ ſibi ſilia.hoc eſt añs:qd̓ accipit ꝯfuſe. Tũc dedit ꝯñs.d. Neceſſe eſt ſm exẽpluz.i. per locũ a ſili, vt res exiſtens in carne:per quã ipſa caro eſt qd̓ eſt.i.per quã caro ponit̃ in ſpẽ,ꝛ nõ id ꝑ qd̓ eſt calida aut frigida.i.ꝛ nõ id ꝑ qd̓ eſt h indiuiduũ demõſtratũ ſit ſilis virtuti cõprehẽdenti eã,ꝛ vt experimur alia virtute.i.neċe eſt : vt ſit virt⁹ ſepata a p̄ncipijs indiuiduoꝝ. Et ꝓbat hãc ꝯñiã ex v̄bis Ariſto.d. Et dixit aſſimilatur eis,quę ſunt illi⁹:qꝛ neċe eſt, vt ꝓportio,quę eſt intentionis ad intẽtionẽ.ſ.idiuidui ad vlez,ſit ſicut ꝓportio virtutis cõprehẽdentis alterã eaꝝ ad v̄tutẽ cõprehẽdentẽ alterã.eſt g̃ maior,ſicut obiectũ ad obm̃,ita virt⁹ ad virtutẽ. Dedit tũc minorẽ.d. Et cũ neċe eſt vt duę intẽtiões ſint diuerſę: ſicut indiuiduum, ꝛ quidditas,neceſſe eſt vt v̄tutes ſint diuerſę:ſicut vle,ꝛ indiuiduũ.ꝛ ſic pꝫ ꝯñia p̄mi enthimematis alteri⁹ cõmẽti. Et tunc ponit ꝯcloñẽ toti⁹ capl'i.d. Intelligẽs igit̃ nõ eſt imaginatiua:cuz iam declaratũ eſt,ꝙ cõprehẽſio virtutis imaginatiuę ꝛ ſenſibilis idez eſt. ¶ Et neceſſe eſt.] Et qm̃ intell's apud Auer. dupl'r cõprehẽdit.vno mõ cõprehẽſione ſili lineę rectę. alio mõ cõprehẽſione ſili lineę ſpherali. Hos duos modos exponit,ꝛ dicit. Et neċe eſt vt forma.i.qdditas experimentet̃ ꝑ aliquã v̄tutẽ. Sed h dupl'r eſſe oſtẽdit.d. Et h erit ex hac v̄tute.i.ꝛ hęc qdditas cõprehẽdet̃ hac v̄tute: aut ꝑ diſpõnez lineę rectę:cũ itellexerit p̄mã formã exiſtentẽ in hac re ſingulari.i.ſpẽz,aut ſm diſpõnẽ ſimilez lineę ſpherali:qm̃ fuerit reuerſa quęrẽdo intelligẽ etiam qdditatẽ illi⁹,deinde qdditatẽ illi⁹ quidditatis:quouſqꝫ ꝑueniat ad ſimplicẽ qdditatẽ in illa re : cui⁹ exẽpluz dedit.d. v̄bi gr̃a.ꝙ p̄mo intelligit quidditatẽ carnis,deinde quęrit intelligẽ qdditatẽ illi⁹ qdditatis,deinde qdditatẽ illi⁹ qdditatis,ꝛ hoc erit duz inueniet qdditatẽ in qdditate,ꝛ nõ ceſſabit donec ꝑueniet ad formã ſimplicem.i.ad cõceptũ irreſolubilez:ꝛ h ꝓbat ꝑ v̄ba tex.ꝛ ſmo ei⁹ pꝫ. ¶ Ex his qdã nr̃i tp̄is ſumũt p̄^m cognitũ eẽ ſpẽz ſpecialiſſimã:ſm doctrinã Auer.quo dicat p̄mã formã eſſe id qd̓ p̄mo apphẽdit̃,quę nihil aliud:niſi quidditas ſpẽi, quę p̄ͣ eſt,tũ dignitate,tũ intẽtiõe. ¶ Sed mihi vr̃ ꝙ iſti cõmittant fallaciã ſm qd ꝛ ſimpl'r. Auer.n.duos tentat eẽ modos cognoſcẽdi:quoꝝ vnũ rectũ appellat,ꝛ dicit p̄^m cognitũ in illo mõ cognoſcẽdi eẽ ſpẽz ſpãliſſimaz, Alterũ vo reflexũ,ꝛ in eo eſt quęcũqꝫ qdditas:a qua incipit reſolo.mõ hęc ꝯñia nulla h eſt p̄^m cognitũ in actu recto.g̃ ſimpl'r ꝛ vl'r eſt p̄^m cognitũ:niſi ꝓbet̃ ꝙ act⁹ rectus ſit p̄or reflexo,ꝛ tu ꝯſidera. ¶ Ambigit,cur cognitio,qua itelligim⁹ p̄mã formã:poſt quã qdditatẽ illius: vſqꝫ in ſimplicẽ aſcẽdẽs,dicat̃ ſpheralis ſeu circũflexa. Dubitatio.

¶ Dixerũt qdã ꝙ duplex ẽ cognitio.ſ.cõpoſitoria : qua cõponim⁹ vltimã cãz cũ effectu : vt fit in demõſtrõne ſimpl'r,ꝛ reſolutoria:qm̃ reſoluimus effectuz in cãs : vt fit in demõſtrõne:qa ſic,ꝛ in ſcia diffõnũ.qm̃.n.reſoluim⁹ diffinitũ in p̄n^a illi⁹,reſolutoria dr̃.qm̃ vo p̄n^a cũ diffinito cõpoſitoria,ꝛ h ſentire dicit Auer. in 7° meta^ce ad v̄buz,ꝛ tu vide.qa igit̃ cõprehenſio reſolutoria ſilis eſt ſpherę cõpoſitoria vo nõ:ideo v̄ificat̃ v̄bũ Auer.ꝙ aũt reſolutoria ſilis ſit ſpherę ꝯſtat,qm̃ ꝓcedit̃ q̄dãmõ ab eodez in idẽ:qꝛ ꝓcedit̃ a ꝑticulari,quę ꝯtinet vlez qdditatẽ,ad vlez:in q̄ ꝯtinet̃ ẽt.g̃ ꝓceſſus eſt ſpheric⁹. R̃o^e q̄rũdã Cõm. 23°.

¶ Sed ꝑcul dubio iſti dupl'r errant:qm̃, vt dicit Auer. 2° meta^ce. ſcia diffinitionis eſt duplex. Una quę fit per diſſolutionez,ꝛ hęc icipit a ſupręma qdditate per dĩas intermedias diuidẽdo vſqꝫ in iſimã qdditatẽ. Alia fit per cõpoſitionez qm̃ a quidditate infima ꝓcedimus colligendo oẽs dĩas intermedias vſqꝫ in ſupręmã quidditatem ꝛ ſimplicez. Refutatio Cõmen. 11°.

¶ P. Porphyrius teſtaẽ deſcēdentib⁹ igiẽ ad ſpecialiſſima neceſſe eſt diuidentē per multitudinē tre. aſcēdentib⁹ ꝟo ad gñaliſſima neċe eſt colligere multitudinē ꝛc̃.
Expō 3ᵃ. Et huius rōnez dedit Auer. ibidez in ſua parafraſi. ꝺ. qð eſt, q꞉ quāto magis aſcēdit genus eſt minus notificans, ꝛ quāto magis deſcēdiẽ eſt magis notificās, ꝛ min⁹ aggregās. Ecce q̄plane habeẽ intētū. ¶ Scðo deficiūt, qm̄ a pari cōpoſitoꝛia erit ſilr̄ ſpheralis, qm̄ ꝓceſſus a ꝑtinēte vlī ad ꝯtētū: qð etiā id ꝯtinet. ergo vtraqꝫ erit ſpheralis: qð iſti negāt.
Pō ꝑpria ¶ Ideo debes ſcire, q̄ vnus ꝛ idē ꝓceſſus eſt reſolutorius ſeu diuiſiu⁹, ꝛ cōpoſitoꝛi⁹ re⁹ diuerſo ꝑ. v.g. ꝓceſſus a qdditate īfima ad ſupremā vocaẽ reſolutorius ꝛ cōpoſitoꝛius: vt eīz ſpēs eſt quoddaz totū eſſentiale, ꝛ genus ꝛ dr̄ia ꝑtes eſſentiales, vocaẽ reſolutorius: nihil. n. reſolō eſt: niſi totu⁹ in ꝑtes diuiſio: ergo hic ꝓceſſus eſt diuiſorius. Et qm̄ genus eſt quoddaz totū vle re⁹ ſpēi: ideo ibi erit cōpoſitio, qm̄ ꝓcediẽ a ꝑtib⁹ ad totum vle in quo cōtineẽ. ¶ Hic ergo ꝓceſſus vnus nūo eſt diuiſiu⁹ ꝛ cōpoſitiu⁹. Similr̄ ꝓceſſus ab effectu ad cāz inſimul eſt reſolutiu⁹ ꝛ cōpoſitiu⁹: vt enīz effect⁹ eſt totum eſſentiale: ꝓcul dubio eſt reſolō, vt eſt pars virtualis re⁹ cauſę erit cōpoſitio, qm̄ ꝑtes cōponūẽ totū: totū autem reſoluiẽ ꝑtib⁹. Auer. g̃ nō intēdit in exēplo ſuo ꝓceſſum reſolutoriū tm̄: ſꝫ cōpoſitoriū īſimul: ꝛ ideo vocaẽ ſpheralis pro q̄to ꝓcediẽ ab eodez in idez. fit. n. hic inceptio ab vno puncto, deinde ab illo ꝓcediẽ ad latera, quę poſtea clauduntẽ in altero puncto. v.g. vt in hac figura: cum aſcēdim⁹ colligimus multitudinē in vno: vt cū ab ipſo. a. in. e. ꝓcedimus per laterales dr̄ias aſcēdim⁹. c. ꝛ. b. vſqꝫ ꝓcedimus in. e. oppoſitū ipſi. a. ꝛ ſic pꝫ, cur hic ꝓceſſus ſit ſpheralis, ꝛ quomodo. ¶ Sed qd ſit primū cognitū ſm̄ Auer. nos tradidimus in libro noſtro de intellectu: ꝛ maxime tractatu quinto vide.

COMMENTARIVM.

Hic locus mihi ſemꝑ difficillimus fuit, nec expoſitores inter ſe cōueniunt. Simplicius vult, q̄ cū Ariſtoteles in enthymemate ꝯcluſerit magnitudinē, ꝛ magnitudine eſſe, aquā ꝛ aquę eē, aut alio, atqꝫ alio diſcernere, aut eodez alr̄ ſe hn̄te. Nunc diſtinguat, quę alio, quęue alr̄ ſe habēte aīa diſcernat. Aſſeritqꝫ Ariſtotelez velle aīaz ꝑte ſenſitiua diſcernẽ magnitudinez, ꝛ aquā, ꝛ cętera idiuidua, quoꝝ mā eſt caro quędaz. intellectu ꝟo vlīa, qdditateſqꝫ magnitudis aquę carnis, ꝛ id genus. Diſcernit aīa intellu qdditates cōpoſitoꝝ mālīuz vt inquit, aut in ſe ſumpto h̄ eſt, vt ſeparatus a corpore. aut cognitiōe, quę eſt ſilīs lineę rectę: imo vtroqꝫ modo vt inquit. Intells. n. vt ſeparat⁹ ab organo corporeo intelligit vlīa, quę ſunt idiuiduoꝝ mālīuz formę atqꝫ qdditates. Intelligit ēt hęc cognitiōe recta. Intells g̃ vt ſeparatus, ꝛ cognitiōe recta vlīa intelligit. ergo aīa ꝑte ſenſitiua intelligit ſinglaria: parte intellua vt ſeparata, vt cognitione recta intelligit vlīa. Videẽ aūt ꝯſona hęc expoſitio ꝟbis Ariſto. dicit. n. ſenſitiuo qdē igiẽ calidū ꝛ frigidum ꝛ ea, quoꝝ rō eſt quędā caro aīa diſcernit. Alio aūt vꝫ, intellu aīa ipſa vle cognoſcit ſupple cuius cām dicit carnis. n. eē diſcernit, dico itellu aut vt eſt ab organo corporeo ſeꝑabilis, aut cognitione recta, quę cognitio recta ſe habet, vt circūflexa ad ſeipſaz, cū extēſa ſit, hoc eſt, cū extendiẽ, ꝛ rectificaẽ, eſt linea recta circūflexa cū extendiẽ. recta ꝟo cum inflectiẽ, eſt linea circūflexa. aīa ergo intellu, quaten⁹ eſt ſeparat⁹ ab organo apprehēdit vlīa, ꝛ quidez recta apprehēſione, quę eſt rectę lineę ſimilis. ¶ Sed dices tunc hęc diſiunctiua nō diſtingueret inter diuerſa. ¶ Dicēduz q̄ iuxta hāc expōnez ꝟbū illud vl', teneri copulatiue. hęc. n. diſiunctiua eſt vera pro vtraqꝫ ſui parte: quare vim hꝫ copulatiue, qð ſepi⁹ Ariſtoteles obſeruauit. ¶ P. Adhuc dubitabis qa aīa videẽ tribus modis poſſe aliqd cognoſcẽ: pōt. n. aliqd cognoſcẽ ſolo ſenſu: aliqd ſolo intellu, qð eſt cognoſcere cognitione recta. aliqd pōt cognoſcẽ intellu alr̄ ſe hn̄te hoc eſt ad nos cōuerſo, qð eſt cognoſcẽ cognitione reflexa. Quart⁹ modus nō daẽ. ſ. q̄ aīa aliqd cognoſcat ſenſu alr̄ ſe habēte, qm̄ per ſenſuz vno mō tm̄ cognoſcẽ pōt. ſ. quo ſolus accipiẽ. Quęriẽ igiẽ cū aīa cognoſcẽ poſſit trib⁹ modis, quę ſunt illa tria obiecta, quę diuerſis modis ipſa apprehēdere pōt. ¶ Simplici⁹ videt ēt illis trib⁹ cognitionib⁹ videre tria obiecta: naz ſenſu aīa apprehēdit accidētia, quoꝝ idiuiduū mā̄le eſt ꝓxima cā. Intellu ſolo, vt in ſe ſumpto, aīa apprehēdit vlīa. Intellu ꝟo alr̄ ſe hn̄te hoc eſt ad nos cōuerſo cognitiōe reflexa, aīa apprehēdit indiuidua mālia, vt hūc ignē, ꝛ illaz aquā, ꝛ id genus. ergo aīę trib⁹ modis cognoſcēti videt tria obiecta ſm̄ Simplicium: ſꝫ Ariſtoteles tm̄ duo expreſſerit. Et hęc eſt expoſitio Plutarchi, ꝛ Alexandri. ¶ Diuus Thomas ꝛ Egidius dixerūt aīaz ſenſu apprehēdere ꝛ accītia ꝛ oīa ſenſibilia idiuidua: intellu ꝟo vlīa ſeorſuz. Intellu ꝟo alr̄ ſe hn̄te dixerūt aīaz apprehēdere vlīa ꝛ ſinglaria vt cōueniūt, ꝛ differūt: quę expoſitio vr̄ Themiſtij. ¶ Auerroes aūt aſſerit aīaz ſenſu apprehēdere indiuidua ſenſibilia: intellu ſolo apprehēdere vlīa. Verū cū aīa ꝑ intellectū apprehēdit ꝑmā qdditatē, quę eſt ſpēi ſpālīſſimę, illaz, vt inqt, apprehēdit intellu nō alr̄ ſe hn̄te, ſꝫ recta cognitiōe. Cuz ꝟo aīa ꝑ intellm̄ apprehēdit quidditatē qdditatis vſqꝫ ad vlīſſimā, eas apprehendit cognitione ſpherali, vt in collectaneis pꝫ. Sed ſiue aīa apprehēdat duo, ſiue tria Ariſtoteles nō expreſſit niſi duo. Alterū, qð apprehēdit ꝑte ſenſitiua. Alterū, qð apprehēdit intellectu alr̄ ſe hn̄te ꝛ per rectā cognitionē. dicit. n. ſenſitiuo qdez igiẽ calidū ꝛ frigidū diſcernit, ꝛ quoꝝ rō q̄dā caro eſt. Hoc eſt, aīa diſcernit oīa ſenſibilia ꝛ mālia idiuidua: quoꝝ rō eſt q̄dā caro: ſiue hęc idiuidua ſint accītia, ſiue ſubā. Alio aūt aut ſicut ſeꝑabili ab organo, ꝛ in ſe ſimplr̄ ſumpto. ſ. intellu, aut pro et cognitiōe ſe hn̄te, ſicut linea circūflexa, cū ſe hꝫ ad ſeipſaz, cū extēſa ſit, hoc eſt cognitione recta diſcernit ꝑfecto vle, q꞉ diſcernit carnis eē, ꝛ vlīa. Tertiū cog̃ſcibile. ſ. qð aīa cog̃ſcit intellu ꝯuerſo ad nos ac cog̃ne reflexa Ariſtoteles nō explicauit, ſm̄ hoꝝ expoſitionē. Themiſtius ꝟo ſuppleuit: voluit. n. ipſaz aīam apprehēdere intellu ꝯuerſo ad nos circūflexa cog̃ne idiuidua nō ſeorſuz, ſꝫ quo cōparenẽ vlīb⁹. Indiuidua. n. ſeorſuz aīa ſenſu apprehēdit, quo ꝟo indiuidua vlīb⁹ cōparanẽ, intellu apprehēdit ꝯuerſo ad nos ac aliter ſe hn̄te. Prętermiſit ꝟo h̄ 3ᵐ, q꞉ ex illis duob⁹ colligiẽ: apprehēdit eīz aīa alr̄ ſe hn̄te intellu, cū cōpararit, quę ſenſu apprehēdit ad ea, quę itellu cog̃uit. Quę oīa ſūt ad expōnē Alexādri ꝛ Plutarchi accidētia. ¶ Philopon⁹, vt arbitror, meli⁹ hūc locū expoſuit: vult. n. q̄ Ariſtoteles fecit vnū enthimema, cui⁹ ꝯclō erat vna diſiūctiua, vꝫ, q̄ aīa diſcernat carnē ꝛ carnis eē, aut alio atqꝫ alio, aut eodem alr̄ ſe hn̄te. Tūc vult q̄ Ariſtoteles verificet illā diſiunctiuā pro 2ᵃ ꝑte. ſ. q̄ aīa apprehēdat vle ꝛ idiuiduū eodez alr̄ ſe hn̄te: q꞉ itellu apprehēdit vle, ꝛ intellu apprehēdit indiuiduū. Intellu qdē apprehēdit idiuiduū, quo cōuertiẽ ad nos, ac cog̃ne reflexa. Intellu ꝟo apprehēdit vle, quo ſeparaẽ a nob̄ ac cog̃ne recta. g̃ aīa vtraqꝫ illa eodē apprehēdit: nō tm̄ ſimplr̄ eodē mō ſe hn̄te, ſed alr̄ atqꝫ alr̄ ſe hn̄te. Tunc legit ꝟba h̄ pacto: aīa ſupple igiẽ ſenſitiuo h̄ ē itellu ꝯuerſo ad ſenſitiuū, ſiue (vt ita dicā) ſenſificato, apprehēdit calidū ꝛ frigidū ꝛ vlr̄ oīa ea: quorū rō eſt quędaz caro: hoc eſt oīa mālia idiuidua. Alio autē

hoc eſt

Nuę Auer. Cōmen. 10ᵐ.

hoc eſt eadē itellu,aut vt ſeparabili ꝛ nō ↄuerſo ad nos, aut cogñe recta,quę eſt ſic̄ linea circūflexa extēſa diſcernit eſſe carnis, ꝛ vlia.ḡ aia eadē aliter atq aliter ſumpto apphēdit vtraq illa:ꝛ ſic Ariſ.diſiūctiuā v̄ificat pro 2° pte:vt Philopon⁹ exponit. Iuxta ḡ Philoponi expōnez Arl̄is,pximo textu mouit.q.vtrū.ſ.aia eadē v̄tute apphēdat mālia,ꝛ immālia:an alia atq alia. R̄ndit(vt Philoponus expoſuit)ꝙ eadez v̄tute aia apphēdit vtraq illa: alr tn̄ atq aliter ſe hn̄te. ¶ In pn̄ti v̄o textu vult Ariſ declare quo mō aia apphēdat vtraq illa eadē v̄tute aliter ſe hn̄te. Et, vt autumat ipſe, Ariſ vult aiaz apphēdē per itellm ſingularia atq ipſa mālia,quo ↄuerſus eſt ad ſenſitiuū. Quo v̄o eſt itell's nō ↄuerſus ad ſenſitiuū ꝛ ad nos, vult aiam apphēdē vlia, ꝛ imālia:hęc eſt expoſitio Philoponi. Utrū v̄o per ſenſuz aia ſingularia itelligere poſſit,ꝟ eſt ex̄ ,ppo,ꝛ 2° huius deſinitū. Quid v̄o.ſ.itellectuz ↄuti ad nos,ſiue ad ipm ſenſitiuū,ꝛ quo mō itellꝰ ↄuſo ad nos aia itelligat ſingularia mālia: Philopon⁹ nō exponit,nec Simpl.qui quo ad hāc ptē ſentit cū Philopono. ¶ R̄ndēt boni expoſitores,ꝙ hęc ↄuerſio fit per reflexionē.nā cuz itell's recta cogñe apphēderit vlia,reflectit ſe ad ſpēs qb⁹ illa vlia apphendit:ꝛ ſic apphēdit ſpēs:ꝛ qm̄ ſpēs fuerūt pducte a phātaſmatib⁹ apphēſione ſpēꝝ apphēdit phātaſmata,quę ſunt ſingularia:ꝗruz etiā apphēſione apphēdimus ſinglaria rep̄ntata p phātaſmata.ḡ greci per itellm ↄuſum ad ſenſitiuū intelligūt itellm,reflexū ad actū ſuū.ꝗre ſingularia itell's itelligit p modū linee circūflexe,qa vt ↄuſus ad nos illo ordine. Ulia v̄o itelligit rect⁹,ꝟ eſt vt itell's,ꝛ vt ſumit per modū linee recte,qꝛ vt itell's eſt.ḡ aia itelligit ſingularia itellectu iflexo ad nos. Intelligē v̄o recte ſe hn̄te,hoc eſt quo itell's eſt,itelligit vlia.Ex quo pꝫ ꝙ itellm recte itelligere vel reflexe,nō eſt intellm itelligē itelle recta vel reflexa,ſꝫ eſt itellm itelligē hec,vt ↄutit ad nos:illa v̄o, vt itell's eſt. Sūt alie expōnes,de qb⁹ in dilucidario 7°, ꝛ p̊ meta.abūde dictū eſt. Nūc v̄o de his hactenus.

¶ Rurſus in hiſce quae in abſtractione ↄſiſtūt:eadē eē videnť,rectū enim:ſe habet vt ſymmū.eſt.n.ipm: cuz ↄtinuo ſemp. Ea ſi qdditas ſit diuerſa:aliud eſt pfecto eſſe recti/aliud ipm rectū/vt ibi.ſit eniz dualitas.Quare fit:vt haec etiā alia/vel alio modo ſeſe habente parte diſcernat.Oino igitur vt res ſeparabiles ſunt a materia:ſic ſeſe habēt/ꝛ ea quae ſunt circa intellectum ipſum.

¶ Iteruz aūt in ijs,quę in abſtractione ſunt: rectuz vt ſymmū eſt:cuz ↄtinuo.n.eſt. Ipm aūt qḋ qd erat eſſe,ſi eſt alteruz recto eſſe, ꝛ rectum:alio. Sit enim dualitas:altero igiť, aut aliter ſe habente diſcernit. Oino igiť vt ꝛ ſeparabiles ſunt res a materia: ſic ꝛ ipſe circa intellectum ſunt.

ra, ipſę quę

Collectanea textꝰ cōm̄ 11.

¶ Trib⁹ modis forte pōt iſte text⁹ induci. Uno modo,vt Simpl.vult,ꝙ cū ꝟ accepiſſet:oſidit ↄtra Pythagoricos rōnes mathe nō eē for feparatas:ꝛ p ſe ſtātes,ſed eē ↄcretas cuz mā:ſꝫ alia ac alia v̄tute ſint ↄcepte for,ꝛ alia mā illaꝝ. ¶ Uel meli⁹.pōt.n.qs dicere Ari.cū tu declaraſti diuiam itell's ab imaginatione penes obiecta,ꝛ obm itell's,ꝛ imaginatiue nō eſt aliud ſimpr:qꝛ nō in rebus mathe, ideo ad ꝟ ſolonē v̄r dare,ꝙ queādmoduz in nālib⁹ alia qdditas v̄tute/alia hn̄s qdditatē indicať:ſic ꝛ in mathe. ¶ Uel 3° dici pōt,ꝙ Ari.accepit ꝙ in oib⁹ reb⁹ qdditas ꝛ indiuiduū ſunt diuiſa:excepto ſubiis ſepatis,ꝛ vlis ppoſitio nō pbať:niſi inductione,cuz induxit in nālib⁹:mō ꝛ in mathe cōducit,ꝛ ingt. Iteꝝ aūt in his,quę abſtracte ſunt:rectū ſe hře dicimus ſic̄ ſymmū.cui⁹ rōnē dicit,cum ↄtinuo.n.eſt:qḋ ↄtinuū eſt tanq̄ mā recti.aūt pro ſed,aia iudicat,ſup.qḋ qd erat eē,ſi eſt alterū recto eē,ꝛ rectum alio.i.diuiſa v̄tute rectū:ab ea quę iudicat qd eē recti.ſed qꝛ occultū eſt/qd ſit rectū:ꝟ in meta expedit ↄ Pythagoricos:ſit.n.dualitas.itaq nunc aia iudicabit vna v̄tute: aliter tn̄ ſe hn̄te hn̄s dualitatē:quę eſt recti diffinitio.

Et iſtud itelligere. ¶ Proponit Auer.q̄ſtionem.d.Et iſtḋ itelligē itell's nō tn̄ inuenit in reb⁹ mālib⁹:ſꝫ in mathe.vult dicere ꝙ queādmo circa cōpoſita nālia aia tribus modis ſe hꝫ:ita ꝛ in mathe. Et pbat.d. Rectuz.n.qꝛ eſt in ↄtinuo ſicut ſymmitas in naſo,neceſſe eſt queādmo itell's itelligit ſymmitatē cōpoſitā cū naſo:ita itelligat qdditatē recti cōpoſitā cuz ↄtinuo.ideo ↄcludit.d.Cū igiť poſuerimus ꝙ in mathe ēt ſunt duo:q̊rū vnū eſt in altero:tūc aia nō expiť ea:niſi p aliā v̄tutē:ſꝫ tn̄ per diſpōnē:quę diuerſať:cū nō itelligit ea niſi cū re:ſꝫ nō itelligat ea cū mā ſenſili.eſt ḡ trip̊ modus cogſcēdi.vnus quo cogſcit qdditatē,ꝛ illā cogſcit itellꝰ.alius quo cogſcit accn̄tia illi,ꝛ illa cogſcit ſenſu.tertius quo cogſcit hn̄s qdditatē,ꝛ ꝟ cognoſcit itellꝰ vt ↄuſus ad nos.ꝛ ſic pꝫ ↄclo. ¶ Sciēdū.] Ambiget qs duo declarata ſunt.p̊ ꝙ qdditas,ꝛ indiuiduuz qn̄ cōprehēdunť ab eadē v̄tute cōprehēdunť mō diuiſo ab ea. Scōm ꝙ itell's dupr pōt cogſcē qdditatē.ſ. cogñe recta:vt qn̄ cogſcit illā mō ſimplici,ꝛ qn̄ cogſcit illā cogñe reflexa.ambiges ḡ cur in p° cogſcēdi,quo itellꝰ indiuiduū cōprehēdit,nō pōt poni illa multiplicitas cognoſcēdi:ſic̄ in 2° cogſcēdi:qn̄ cogſciť qdditas abſolute. ¶ Hāc q̄ōnē pſoluit.d. Sciēdū eſt.n.ꝙ diſpoſitio habita ab itellꝰ:quę diuerſať in eo:qn̄ cōprehēdit for rerū p̊ ſenſiles eſt ea p ſenſus,ꝛ diſpoſitio,quę diuerſať in eo p cōprehēſionē qdditatiſ ꝛ for,eſt diſpoſitio diuiſa in ſe:nō p ſenſus.vult dicere ꝙ diſpoſitio,qua itell's cōprehēdit qdditatē,eſt ei ppa:ac p nāz itell's,ꝛ nō p nāz ſenſus.diſpoſitio:qua cogſcit indiuiduū,eſt p ſenſuz,ꝛ nō nām itell's. Tūc ↄcludit ſolonē.d. Et ideo aſſilauit ipam Ariſt.linee ſphęrali,qn̄.ſ.itell's eſt in hac diſpōne.ſ.cōprehēdēs qdditatē tn̄. Plato aūt linee gyratiue:ꝛ p hāc diſpōnē itellect⁹,ſup.itelligit for rerū mathe:cū nō accepit itelligēdo eas magnitudinē ſenſibilē. ¶ Debes ſcire ꝙ in circulatione duo ↄcurrūt.ſ.vnitas linee:quę circulariter voluiť. Scōm eſt v̄tus vna mūo:quę pōt eā voluere in cōprehēſione.linea eſt obm.v̄tus cōprehēſiua eſt v̄t⁹ reuolutiua. Quia igiť itell's eſt v̄tus reflexiua,ꝛ obm ſuū a p̊ forma vſq in vltimā eſt tanq̄ linea,qꝛ ſp pcedit ſupra qdditatē: ideo int,qua itell's itelligit p̊ for,deide for illi⁹ for, eſt ſilis linee ſphęrali.qa v̄o indiuiduuz,ꝛ qdditas ſunt duo obiecta,ꝛ itell's nō eſt v̄tus potēs in itellꝰ rōne ſui:ſed rōne ſenſus,ideo ibi deficit vnitas linee,ꝛ v̄tutis potētis reuoluē illā. ¶ Ut mihi v̄r ꝛ vlr.] Qm̄ qs poſſet dubitare itell's itelligit qdditatē abſtrahēdo,vtrū ſit vnus modus abſtrahēdi in nālib⁹ ꝛ mathe. Soluit hāc q̄ōnē.d. vt mihi v̄r ꝛ vlr diſpoſitio rerū:q̄s cōprehēdit itell's inueniť in eo:in mō:ſm quē ſunt in ſe:in ppinqtate ꝛ diſtātia ab abſtractione in mā.Qḋ igiť eoꝝ fuerit remotum a mā:poterit abſtrahi ab itellꝰ abſq mā,ſꝫ nō hēat eē niſi in mā:ſic̄ eſt in mathe.ꝛ qḋ eoꝝ fuerit ppinquuz māe nō poterit,ꝛ applica v̄bis,ꝛ pꝫ. ¶ Debes ſcire ꝙ Auer. vult ꝙ abſtractio nālis ꝛ mathe ↄueniūt,qm̄ nulla eorū māz circūdicit formalr.differūt tn̄,qm̄ hn̄s qdditatē in nāli eſt māz dicēs.hn̄s qdditatē in ipa mathe māz ſenſibilē non dicit:ſed itelligibilē. Quid aūt ſit mā mathe.

Coꝰ. 11.

Expl. Joãnis alibi ſcripſimus diffuſe. Pro nũc autem Joã. 2° phyſicę auſcul^tio^. opinať mãz mathe^cor^ eẽ ıbaz, qm̃ nihil eſt ſbm mathe^cor^, p̃rimũ niſi ſuba: cũ ſit cã ppinq̃, vt dicit Plato in gorgia the^co^. ¶ Pro iſto arguiť, qm̃ id: qḋ poniť vt additũ in diffõne alicuius, eſt mã illi^9^, ſuba poniť vt ad-

Cõmẽ. 39°. Cõfutatio ditũ in diffõne mathe^cor^. maior Auer. eſt 7° meta^ce^. minor ꝯſtat. ¶ Sed hec poſitio ꝯ̃dicit Auer. ⁊ Ariſ. ⁊ rõni.

Cõmẽ. 35°. in calce. Auer. in 7° meta^ce^. Ariſto. ⁊ Auer. 12° metaphyſicę. vide.

Cõmẽ. 44. ¶ Rõni aũt, qm̃ tũc mathe^cus^ ꝯſideraret p̃n^a^ ſubę. nihil enim ꝯſiderat aliqḋ in ordine ad accñtia: qn id in ordine

Cõmẽ. 3°. Solutio ad p̃n^a^ itrinſeca illius. Hoc aũt eſt ꝯtra Auer. 3° metaph. ¶ Ideo expoſitor mãm mathe^cor^ dicit eẽ ꝯtinuũ. Eſt. n. ſbm oĩuz figuraꝝ. Et hoc Them̃. ⁊ Simpl'. ⁊ oẽs. ⁊ per mãz itelligibilẽ Ari. ꝯtinuũ itelligit: vt ꝯſtat. ¶ Obycit Joã. 2° phyſi. huic, qm̃ cũz ꝯtinuũ ſit res mathe^ca^: adhuc hẽbit mãm. ¶ R̃. Tum nõ abſtraheret a mã ſenſili. cõtinuũ. n. eſt ſenſile cõe. ¶ Adhuc ſi mathe^cus^ abſtrahit a ſenſilib^9^ qualitatib^9^: tũc gcgd eſt citra illas ꝯſiderabit: ⁊ ſic ꝯſiderabit ſubaz ⁊c̃. ¶ Dico g̃ ꝙ põt itelligi per mãz itelligibilẽ ſbm in ſcia: eſt. n. mã oĩum p̃poꝝ accñtiũ, ⁊ itelligibilis: qꝛ p̃ notũ, ⁊ ab hac nõ abſtrahit mathematicus: nec aliqs artifex. ⁊ hoc Thomas itelligit ⁊ oẽs. eſt. n. cõtinuum ſbm mathe^ce^: qm̃ nũs eſt rõne ꝯtinui, vt ſcis. Tunc rõnes Joã. nihil ſunt. Prima non, qꝛ oĩa mathe^ca^ nõ hñt mãz, ſed ſolũ accñtia mathe^ca^. Scḋa nec, qm̃ nõ abſtrahit a ſenſili ſenſu iteriori. Tertia minime, qm̃ iſta ſubterfugit rõnem ꝯſiderãdi mathematicã.

COMMENTARIVM.

Multifariam hũc locum Simpl'. legit ſi recte ṽba eius p̃pendi, vt in collectaneis pꝫ. ¶ Expoſitores ṽo. ſ. diuus Thomas, ⁊ Egidi^9^, Them̃. ⁊ Auer. velle videnť ꝙ cũz Ariſ. ṽificauit enthimema in nãlibus, ⁊ artificialib^9^: nunc idẽ enthimema in mathematicis dilucidat. Eſt eniz in mathematicis enthimema in mathematicis aliud eſt rectuz ⁊ recto eẽ. g̃ aĩa diſcernit illa aut alia atq3 alia ṽtute aut eadẽ aliter ſe habẽte. Uñ dicit. Itẽꝝ aũt in his, quę in abſtractione ſunt, rectũ eſt vt ſymmũ. nã rectũ eſt cũz ipo ꝯtinuo qḋ eſt ei^9^ mã, ſic ſymmũ eſt cũ naſo, qui eſt eius mã. Sumpſit aũt rectũ pro exẽplo oĩuz rerũ mathe^cor^. Hęc igiť eſt ſuppoſitio: qua habita reſumit enthimema, ⁊ dicit. Si aũt ipm qḋ qd erat eẽ, qḋ eſt recto eẽ, alterũ eſt, ⁊ alteruz ipm rectũ, alio ſupple atq3 alio aĩa ipa diſcernit. Quia ṽo q̃ſtio eẽ poteſt qd ſit recto eẽ: de qua q̃one (vt Simpl'. inq̃t) in meta^ca^ Ari^lis^ diſputabit, vbi dualitatẽ dixit eſſe ipm rectũ: vnitatẽ ṽo recto eẽ, ideo dicit. Sit. n. dualitas ſupple ipm rectũ, vt Simpl'. inq̃t, vnitas ṽo rõ recti, cuiſq3 eſſe. Quo expoſito repetit ꝯñs enthimematis, ⁊ dicit. Anima igitur aut altero, aut eodẽ aliter ſe hñte diſcernit hęc, nec explicat, qua parte aĩa diſcernat eẽ recti, ⁊ qua diſcernat ipm rectuz: nec explicauit qd aĩa in mathe^cis^ itellũ aliter ſe hñte, ⁊ qd p̃te ſenſitiua: qm̃ hęc oĩa ſupponit explicanda eẽ, vt in nãlibus decm̃ eſt. Dictũ eſt. n. ꝙ aĩa ipm rectũ p̃te ſenſitiua diſcernat, cũz ſit indiuiduũ rõnẽ recti, cum ſit vl'e itellũ dep̃hẽdit. Intellũ ṽo aliter ſe hñte dep̃hendit ipſa indiuidua rerũ mathematicaꝝ, vt ad vl'ia cõparanť. ¶ Aiaduerte tñ̃ indiuidua nãlia aĩam diſcernẽ ſenſu externo, ⁊ iternis: indiuidua ṽo rerum mathematicaruz ſolis internis imaginationeq3 ipſa. ¶ Philoponus ṽo arbitrať Ariſtotelẽ ponere hic ſcḋm exẽplũ ſolonis aſſignatę. Quęſiuit. n. vtrũ eadẽ ṽtute aĩa app̃hẽdat vl'ia ⁊ ſingularia an alia atq3 alia. vbi Philopon^9^ voluit Ariſtotelẽ ſoluiſſe, ꝙ eadẽ. ſ. itellectu aliter ſe hñte, quã ſolutionez p̃ ṽificauit in nãlibus: nũc vult ꝙ ponat 2^m^ exẽplũz, per qḋ ṽificat illã ſolutionẽ in mathematicis. nam etiaz in mathematicis aĩa diſcernit eodẽ. ſ. itellũ aliter ſe hñte vl'e, ⁊ ſingulare: vl'e qdẽ itellũ ſimpl'r ſe hñte: rectũ ṽo ac ſingulare itellũ ꝯuerſo ad nos: vt dictũ eſt in nãlibus. Demum p̃te illa [oĩs igiť] vult, vt dicat breuib^9^ ſol. tot^9^ dubij, quę eſt ꝙ vt ſeparabiles ſunt res a mã, ita ⁊ quę circa intellm̃, h̃ eſt (vt dicit) velut for^c^ ſola cõſideratione ſeparanť a mã rõne, ⁊ non exñtia: ſic itell's, vt cognoſcẽs vl'ia nõ exñtia ac ſubito ſeparať a ſeipo, vt cognoſcit ſingularia, ſed rõne tñ̃. Hęc eſt ſolutio totius dubij ſcḋm Philoponũ. ¶ Uel fortaſſe hęc nõ eſt ſolutio tot^9^ q̃ſiti, ſ3 q̃ſi ex dictis excerptũ, ac corolariũ qḋdã. Qḋ Them̃. aliter itelligẽ videť, q̃ꝫ Philoponus expoſuit. Uult eniz Them̃. Ari^lis^ iferre itellm̃ eo modo a ꝯſide^ne^ ſua ſenſibilẽ mãz reycere, quo res ipſę ſuapte natura a ſenſibili mã abiũctę ſunt: vñ cum res mathe^ce^ nõ re a ſenſibili mã, ſ3 ſola rõne abiũganť, ita intell's in cõſiderãdo illas, nõ re, ſed rõne ſenſibilẽ mãm reycit. Quia ṽo res meta^ce^ re a mã ſenſibili p̃cidũt, etiã itell's in ꝯſiderãdo illas p̃cidit a ſenſibili mã. At res nãles cum nec re, nec rõne a ſenſibili mã p̃ęcidãt, itell's in cõp̃hẽdẽdo illas, l3 ab hac vel illa ſenſibili mã p̃cidat, a ſenſibili mã nõ p̃cidit: cũ enim ꝯſiderat hoiem, l3 nõ ꝯſideret has carnes, illa oſſa a carnibus ⁊ oſſib^9^ nõ p̃cidit: qm̃ l3 ſenſibilis mã nõ ſit pars eẽntię, eſt id ſine quo eẽntia eẽ nõ põt. hęc Them̃. ⁊ qdẽ pulchre. Uñ lege ṽba, Oĩno igiť, vt ⁊ ſeparabiles ſunt res a ſenſibili mã: ſic ſunt ipſę circa itellm̃ ipm, h̃ eſt ſic ꝯſideranť ab itellectu. ¶ Quo ṽo ad ṽba attinet, ṽbuz illud [ſic ⁊ ipſę circa itellectũ ſunt,] Gręce ſic legiť, οὕτω καὶ τὰ περὶ τὸν νοῦν, vbi ṽbũ τὰ in trãſlationib^9^ antiquis [quę] legitur: nos ṽo [ipſę] legimus. nam ſic textus perſpicuus eſt. Philoponus ṽo legit τά, hoc eſt quę, vt patet in eius cõmentario.

¶ Dubitabit aũt non iniuria q̃ſpiam: quonã modo intelliget itellect^9^, ſi ipſe qdem ſimplex ſit ac paſſionis expers nihilq3 habeat cum vlla re prorſus cõmune ſicut Anaxagoras aſſerit: intelligere aũt pati qḋdam ſit, vt diximus. Quo nãq3 q̃ppiã eſt vtriſq3 cõe: hoc nimirũ alterum agere, alterũ pati vĩ.

¶ Dubitabit aũt vtiq3 aliqs, ſi intellect^9^ ſimplex eſt, ⁊ impaſſibilis, ⁊ nulli quicq̃3 habet cõe, ſicut dicit Anaxagoras: quo modo intelliget, ſi intelligere pati qḋdaz eſt: Inquãtuz enim aliqd cõmune vtriſq3 ineſt: hoc qdem agere: illud aũt pati videtur.

¶ Nũc mouet. q. circa declarata, ⁊ ſoluit illas. Et quoniã hęc. q. in cõmento erit manifeſta: ideo taceo tex. expoſitionem vſq3 in cõmenti finem. Collectanea tex^9^ cõ^ti^ 12^i^.

Cum dedit. ¶ Proponit Auer. ca. in ſe intẽtiones, ⁊ eius ſermo pꝫ. ¶ Et dubitabit.] Proſeqť vbi mouet. q. rõnalez in dictis, ⁊ rememorat: quę declarata ſunt, ⁊ oſtẽdit ea ꝯ̃dici, ⁊ inq̃t. Dubitat hõ in hoc qḋ dictũ eſt, ꝙ intell's mãlis eſt ſimplex: ⁊ non paſſibilis, qḋ dictũ eſt, p̃pterea: qꝛ nõ exiſtimať ipm hĩc ꝯiũctionez aliquã cum re mãli, ſicut recte dixit Anaxag. ⁊ ſicut declaratũ fuit p̃us. Propoſitio g̃ declarata eſt, intellectus eſt ſimplex ac ipaſſibilis: qm̃ ſemot^9^ eſt a mã. Modo huic opponit qḋ diximus poſt. ſ. ipm eſſe ṽtutez paſſiuã, ⁊ intelligẽ eſſe paſſionẽ, ⁊ inq̃t. Quęſtio autẽ eſt quõ intelligiť ꝙ formare per intellm̃ ſit paſſio. i. de gñe ṽtutũ paſſiuaꝝ, ⁊ nullã habeat cõionez cum re: a qua patiť. Propoſitio ergo 2^a^ eſt. ꝙ intell's patiť ab itelligibili: ⁊ nõ cõicat in mã. Iſtę videnť ꝯ̃dicere iter ſe. Et p̃bat. D. Cõm^ti^ 12^i^.

qm̃ per

qñ per aliqđ cōe agenti ⁊ patiēti eſtimat̃ ħ agere,⁊ hoc
pati. Uult hīc hāc maiorem, omne patiēs ab aliq̃ cōicat
ſecū in mā:cuius rōnē ponit.d. Niſi enim eēt mā nō eēt
paſſio, vt dictū eſt in p̄ de gnōne. Tunc dat minorē.d. Et
cum poſuerimus intellm nō eē mām, neq; in mā, dedit
ↄnē ſub forma qōnis.d. Qūo igit̃ intelligimus cū; hoc, q̄
intellig̃ eſt paſſio nō actio.q.d.g intellˀs nō patit̃ itelle^re.
⸿ Et ꝑpter ħ reſumit.q.d. Sumus igit̃ iter duo, aut vt
nō ponamus q̄ itellig̃ eſt in caplo paſſionis, aut pona-
mus q̄ intellˀs mālis cōicat corpi:quēadmodū for⁹ ima-
ginationis.i.ip̄m phātaſma mouēs ip̄m cōis eſt corpori.
⸿ Ex his lr̃a ꝓhi cōſtat. Jnqt.n. dubitabit aūt vtiq; ali-
quis, ſi itellˀs ſimplex eſt, ⁊ ipaſſibilis, ⁊ nulli nihil habet
cōe, ⁊ pro.i. ſolut⁹ ab omni mā cōi ſibi ⁊ itelligibili, ſicut
dicit Anaxag. qūo itelliget, ſi intellig̃ pati aliqd eſt.q.d.
hęc ↄdicūt:qđ oſtēdit.d. Jnquātū.n. aliqđ cōe vtriſq; eſt:
ħ qdē agere:id ꝟo pati videt̃. Eſt ḡ maior, omne patiēs
cōicat in mā cum agēte, ⁊ tūc ſupple minorē, ſed intellˀs
nō cōicat in mā cum intelligibili.ergo nō patit̃.

COMMENTARIVM.

Cum egit de intellu in po⁹, ⁊ de itellu in habitu.
Mouet de his duas dubōnes. Quarū
p̄⁹ videt̃ potiſſimū itellectui in po⁹ ↄuenire. Minus ꝟo
intellui in habitu. Scđa ꝟo dubitatio ↄtra videt̃ magis
ↄuenire intellui in habitu. Minus ꝟo intellectui in po⁹.
⸿ Ubi annotatione dignū q̄ vtriq; intellui cōpetit pa-
ti, qa (vt Simpl. ingt) vterq; itelligit itellectione, quę eſt
quędā paſſio: vtriq; etiā cōpetit eſſe ſile ei, e quo patit̃:
veruz circa hęc differūt, q2 intellui po⁹ magis ↄuenit pa-
ti: minus ꝟo intellui actu: eſſe ꝟo ſile ei, e quo patit̃: ma-
gis ↄuenit itellectui in habitu: minus ꝟo intellui in po⁹.
Hinc duę qōnes emergunt, quę lȝ de vtroq; intellu fieri
poſſint, Prima videt̃ magis de intellu in po⁹. Scđa ꝟo
magis de intellu in habitu. Eſt ergo p̄⁹ dubitatio, vtrum
intellˀs itelligat. Et videt̃ q̄ nō, q2 intellig̃ eſt pati. ergo
ſi intellˀs itelligit, intellˀs pateret̃, ſed intellˀs nō patit̃, qa
agēs ⁊ patiēs cōicāt in mā: at ipſius intellˀs, ⁊ rei, quę itel
ligit̃, nō eſt vna cōis mā. ergo intellˀs nō patit̃. Q2 ꝟo in-
tellectus cum itelligibili nō cōicet in mā, pȝ, qa eſt ſim-
plex, ⁊ impmixt⁹, vt dixit Anaxagoras. Hęc etiā dubita
tio habet locū de intellu in habitu: qui etiā cum itelligit
actu, patit̃. Lȝ pncipalr̃ habeat locum de intellu in po⁹:
qui ab itelligibili patit̃ habitū ⁊ actum: intellˀs ꝟo in ha-
bitu ſolū patit̃ actū. ⸿ Dicit ergo, dubitabit vtiq; aliqs,
ſi intellˀs ſimplex eſt, ⁊ ipaſſibilis.ſ. ab obīis, ⁊ nulli coꝛ,
quę intelligit qcq; habet cōe.ſ. mām vel ſubm: ſicut dicit
Anaxagoras, quo modo itelliget, ſi intellig̃ pati qōdā
eſt: quaſi dicat. qa videt̃ nō poſſe intellig̃. Q2 ꝟo omne
patiēs ab aliq̃ debeat hēre aliqd cōe, ꝓbat dicēs. Jnquā-
tū enim aliqd cōe vtriſq;.ſ. agēti, ⁊ patiēti ineſt, vtpote
mā: hoc qdē agere: illud ꝟo pati videt̃: vt li⁹ de gñatio-
ne eſt ꝓbatū. Hęc eſt p̄⁹ quęſtio ſm Simpl. ⸿ Themi-
ſtius ꝟo qōnē hāc dirigit ↄtra Anaxag. Uult enim Ari-
ſtotelē mouiſſe hāc qōnē ↄtra Anaxagoram: cum enim
Anaxago. aſſeruiſſet tria de intellu, q̄ ſit ſimplex, ⁊ imp-
mixtus, ⁊ q̄ ſit ipaſſibilis ab obīis, ⁊ q̄ nō cōicat in aliq̃
cum obīis, dubiū eſt an intellig̃ poſſit, ſi intellig̃ eſt pa
ti ab intelligibilib⁹, nam eo ipſo, qđ itelligeret, pateret̃ ab
intelligibilib⁹: ⁊ ita hēt aliqđ cōe cum eis.ſ. mām. quare
nec eſſet ſimplex, nec ipaſſibilis. vnde tota dubitatio eſt,
qūo intellˀs eſt impaſſibilis, ⁊ itelligat, q2 ſi itelligit pati-
tur: ⁊ ita eſt paſſibilis, ⁊ impaſſibilis. ⸿ Philoponus ꝟo
vult hāc eſſe ſcđam dubitationē, q2 p̄⁹ ptractata eſt ꝓxi-
mis textibus. Eſt aūt hęc 3⁹ dubitatio vtrū intellˀs intelli
gat ſenſibilia. nā videt̃ q̄ nō, qa ſic pateret̃ ab ipſis, cum
intellig̃ ſit pati: ⁊ ſi patit̃ ab ipſis ſenſibilibus, erit cum
ſenſibilibus ſilis in mā: ⁊ ſic erit pmixtus ↄtra Anaxag.
verum in ſenſu textus non diſcrepant.

⸿ Praeterea ambiget quiſpiā: ſi ipſe etiā intelligi-
bilis ſit. Nam aut caeteris rebus inerit itellect⁹ niſi
alia rōne ſit itelligibilis ipſe: intelligibile aūt vnum
quoddā eſt ſpecie: aut aliqd ipſe mixtū habebit qđ
ip̄m intelligibilē perinde atq; caetera faciat.

⸿ **Amplius aūt ſi itelligibilis ⁊ ipſe eſt. Aut
enim ⁊ alijs intellectus inerit, ſi nō ſm aliud
ipſe intelligibilis eſt, ſed vnum quoddā ſpe-
cie ip̄m intelligibile eſt. Aut mixtū aliqd ha
bebit, qđ ip̄m facit intelligilē, ſicut alia.**

⸿ Mouet ſcđam qōnem circa mediū, quo intellect⁹ in-
telligit ſe, ⁊ quoniā lr̃a patebit poſt expoſitionē cōmen-
ti, ideo dicetur in fine.

Me… ged. Et aut mixtum ſi ut ē mixtū. Collecta-nea text⁹ cō^u 13ª. Com.13ᵐ.

Jſta eſt dubitatio. ⸿ Proponit p̄⁹ Aver.
itellectū.q. ⁊ ingt. Jſta
eſt ſcđa dubitatio de intellu māli, ⁊ eſt vtruz eſt in ſe itel
ligibilis, nō per naturā exiſtētē in eo, ſed adeo q̄ intellˀs
⁊ intellectū in eo idem erit oībus modis: ſicut eſt diſpoſi
tio in rebus abſtractis, aut intellectū ex eo eſt aliud quo-
quo modo ab ipſo. Eſt ergo.q. vtrum intellˀs intelligat ſe
per eēntiā eius. Uel per hoc q̄ ſit ſeparat⁹ a mā, ⁊ a cō-
ditionibus materię ab aliquo intellu. ⸿ Et etiā vtruz.
Recapitulat.q. ⁊ arguit pro vtraq; pte, vbi ipe ſupponit
vnū quaſi manifeſtū per ſe.ſ. q̄ intellˀs quicqd intelligit:
vno modo intelligēdi itelligit, quoniā vnius ſpēi non eſt
niſi vnus modus opandi, ſicut docet Ariſt. in lib. de gñā-
tione aīalū. Jntellˀs ergo vno tm̄ modo intelligēdi itelli
git omne itelligibile. Tūc recapitulat.q.d. Et etiā vtruz
ip̄m eſt id qđ eſt intellectū ex eo.i. vtruz indiuiduū, ⁊ qdi-
ditas ſint penit⁹ idem: ſicut in abſtractis, ita q̄ ipſe itelli-
gat ſe per eſſentiā. Aut intellectū rōne, aliud eſt quoquo
modo ab ipſo.i. aut itelligit̃ per qdditatē ſeparatā ab in-
diuiduo eius, ſicut intelligunt̃ res mā̃les: neceſſe eſt enī
alterū duoꝝ. ⸿ Et tūc arguit, ⁊ lege ſic lr̃am. Si intelle-
ctus eſt itellectū ex eo oībus modis: qđ eſt p̄mū mēbrū
qōnis, neceſſe eſt vt alię res: quę ſunt extra aīam, habeāt
intellectū.i. ſint intellˀs intelligētes per ſe. Probat̃ qdem
ↄñtia.ſ. q2 nō eſt alius modus de intellig̃ res ⁊ ſe. ſed in-
telligere eſt idē in oībus rebus.i. ſi modus intelligēdi ſit
vnus, ſequit̃ q̄ alię res itelligunt̃ per eēntiā: ⁊ ſic erunt
itelligētes. Aut ſequit̃: vt nō ſit itellectum per ſe: ſed per
intētionē in eo, quę facit ip̄m itellig̃.i. per qdditatē, quę
eſt alia ab eius indiuiduo: ſicut eſt diſpoſitio in reb⁹: quę
ſunt extra aīam, quę itelligit̃ per qdditatē aliā ab indi-
uiduo, ⁊ ingt. Et tacuit vt videt̃ id qđ ſequit̃ hāc poſitio-
nē: ⁊ eſt q̄ intellˀs in ſe nō eſt intelligēs: quēadmodū nec
res mā̃les. ⸿ Et tunc abbreuiat ſermonē, ⁊ dicit. Et ab-
breuiatio dubitationis talis eſt: vt videt̃. ſi intellˀs intelli
git ſe: hoc duplr̃ pōt ↄtingē. Aut enim erit itellectū: ſicut
alię res abſtractę itellectę.i. per eēntiam: ⁊ ſic.i. ⁊ tūc res:
quę ſunt extra aīam, erūt itelligētes. ↄñtia tenet, quoniā
vnus eſt modus: quo intelligit oīa itelligibilia. Cum igit̃
ipſe ſit vnū itelligibiliū: ſi intelligit ſe per eēntiā. ergo ⁊
oīa per eēntiā. ergo nullū alioꝝ itelligit̃ per abſtractio-
nem qdditatis ab indiuiduo: ſed per eēntiā: ⁊ ſic qōlibet
eēt intellˀs ſeparat⁹, ⁊ intelligēs. ⸿ Aut erit intellectū ſi-
cut alię res extra aīā.i. aut intelligit̃ per hoc q̄ qdditas
eius ſeparat̃ ab eius indiuiduo: ⁊ ſic.i. ⁊ tunc nō erit in ſe
intelligēs, nec cōprehēdēs. ↄñtia tenet, qñ nulla forma:
quę eſt qdditas in indiuiduo itelligit: vt patet in oībus.

¶ Et hec qdē q. eſt oīuz ſubtiliſſima, vt ↄſtat. ¶ Et hoc mō ingt Ariſ. Amplius aūt ſi itelligibilis ꝛ ipſe, aut ſup. per eēntiā, aut p h q̄ gdditas ſoluit ab indiuiduo. ſi p eēntiā alijs inerit itellꝰ. au' ↄñtiā pbat. d. niſi ſm aliā rōnē ipſe itelligibilis eſt: vnū aūt aliqd itelligibile eſt ſpecie. i. vnus eſt modus intelligēdi ſpecie, quo itelligibile vniuocū eſt oībus que itelligunt. Et ſic pȝ ↄñtia. Si aūt ſit mixtuȝ. i. ſi aūt nō per eēntiā itelligit: ſed ſit mixtū qddam, in quo gdditas ſit abſtrahibilis, habebit aliquid, qd faciet ipm intelligibilē: ſicut alia, ꝛ hoc eſt incōueniēs.

COMMENTARIVM.

Expō Ampl. ꝛ Auer.

Mouet 2[am] q. que magis, vt Simpl. ingt, eſt de itellectu in habitu. nā lȝ vterq; itellꝰ ſeipm intelligē poſſit, tñ pn' intellꝰ, qui ſeipm itelligit, eſt itellꝰ in habitu: intellꝰ. n. in po[a] itelligē nō pōt ſe, niſi fiat in habitu. Querit ḡ de mō, quo itellꝰ ſeipm itelligat, ꝛ argumentaē: ſi itellꝰ pōt ſeipm itelligē, aut ſeipm itelligēt p eēn[as], h eſt itelle[ue], que eſt eius eēntia, eo mō. vȝ quo de' ſeipm itelligit, vel itelligeret ſe p h, qd hȝ ſecū aliqd admixtū, quo abſtracto itelligit ſe, q̄le ſecū admixtū eēt eiꝰ notio vel eiꝰ ppa ſpēs, vel gdditas eiꝰ repñtata p talē ſpēȝ. nō eſt dōm itellm ſeipm itelligē p ppaȝ eēntiā, qꝛ eadē rōne cetera, que itelligit p eēntiā coꝝ itelligerent, cū itelligibile ſit vnū ſpe. ꝛ vnus itelligēdi modus ſm ſpēȝ cōis oībꝰ, que itelligunē. Qꝛ ſi cetera p eēntiā itelligerenē: tūc ceteris inerit itellꝰ, qꝛ oīne p eēntiā itelligibile, eſt itellꝰ, ꝛ itelligibile. Nec dici pōt ipm itellm eē itelligibilē p itētionē que abſtrahiē ab ipo, qꝛ tūc intelligereē, ſicut cetera itelligunē: ꝛ ita ſicut cetera nō itelligūt, ita nec ipſe itelligeret, ꝛ hēet aliqd, qd faceret ipm itelligibilē. vȝ iten[nes] abſtrahibilē ab ipo, ſicut cetera hñt. ¶ Vñ dicit. Amplius aūt ſi itelligibilis ꝛ ipe eſt, aut ſup. p eēntiā, aut p abſtractionē iten[nis] ab ipo. Si p eēntiā, ꝛ nō ſm aliud ipe itelligibilis eſt, ſȝ eſt vnū qddā ſpecie ipm itelligibile, vnuſq; cōis modus itelligēdi, quo qdlibȝ itelligibile itellr: alijs oībꝰ, que itelligunē, inerit itellꝰ: qꝛ oīne, qd p eēntiaȝ itellr, eſt itellꝰ ꝛ itelligibile. ſȝ ſi nō p eēntiā itelligereē, ſȝ p abſtractionē intētionis ab ipo, tūc mixtū aliqd hēbit. ſ. itelle[nes] abſtrahibilē, que faciet ipm intelligi, ſicut alia itelligunē: ꝛ ita ſicut alijs per h qd itelligunē per abſtractiōeȝ nō ſunt itellꝰ, ſic ipe itellꝰ nō erit itellꝰ. Si. n. itelligereē p itētionē ab eo abſtrahibilē, itellꝰ eēt qd mãle: ꝛ ita nō eēt itelligēs, ſȝ itelligibile tñ.

Expō Philoponi.

¶ Philoponus vō vult q̄ hec ſit 3[a] dubitatio: que ſm ipm ſic formaē: ſi itellꝰ eſt itelligibilis. ḡ per ↄuſionē itelligibile eſt itellꝰ: itelligibile eſt itellectꝰ. ḡ lapis eſt itellꝰ, cū ſit itelligibilis: que dubitatio lȝ ſit bona: tñ p[a] forꝰ magis ↄuenit vbis Ari[lis]. ¶ Quo vō ad vba attinet vba illa [aut mixtuȝ.] in greco alio codice ſic hñtur [Si aūt eſt mixtū aliqd habebit, qd ipm faciē intelligibilē] ꝛ poteſt ſtare textus.

¶ At enim: ipm pati diuiſuȝ eſt prius vna quadā rōne cōi. Atq; intellꝰ: potētia qdē eſt q̄dā modo itelligibilia ipſa: actu vō nihil eſt coꝝ antea q̄ȝ intelligat ipſa. Opȝ aūt in ipſo nihil eſſe: pinde atq; in tabula nihil eſt actu ſcriptuȝ antea q̄ȝ in ipſa ſcribaē. Hoc enim: in ipſo fit atq; accidit itellectu.

¶ An pati qdem, ſm cōe aliqd eſt. Quoniaȝ
Al. q[d] dictum eſt prius q̄ potētia quodāmodo eſt
qm intelligibilia intellꝰ: ſed actu nullum anteq̄ȝ
ideo intelligat. Oportet autem ſic, vt in tabula, in qua nihil eſt actu ſcriptum: quod qdem accidit in ipſo intellectu.

¶ Soluit primaȝ q. ꝛ qm ſol. ꝛ textus manifeſta erunt in expoſitione cōmenti, ideo poſtponam ꝛc. Collectanea textꝰ cō[ti] 14[i].

Cum dedit. ¶ Auer. pſoluit q. p[as]. Et p̄ reſumit q. accipiēdo capli itētioneȝ, ꝛ huius ptis ſermo pȝ. Com. 14[m].

De poſitione Auer. tñ de hac qōne per ſe bonum eſt aliqđ diſputare. ❡ Iu
niores de mēte Auer. breuibus aſſerūt intellm nr̃m pro
intelleᵉ noua egere phātaſmate, pro intelleᵉ ęterna, qua
Refutatio đi pfect⁹ in ordine ad totā ſpēm, nō egere. ❡ Sꝫ hęc po
ſitio nō eſt Auer. nam intell's in ordine ad indiuiduū de
pēdet in itelligēdo a phātaſmatib⁹ illius:at in ordine ad
totā ſpēm:reⁿ cuius đi pfect⁹, depēdet a phātaſmatibus
Cōmen. 5°. ſm ſpēm:vt ſupius expoſuimus. Eſt eniꝫ (vt dixit Auer.
phia pfecta in maiori pte ſui ſbti:qꝛ phātaſmata e qbus
Opio Auer. ſm ſpēm depēdet, ſunt ęterna ſm ſpēm. ❡ Propterea
ſiqs velit Auer. itellig̃ opionē:aiaduertat ꝙ intell's pōt
triſariā ꝯſiderari, aut in illo p̄ori, in quo nec humanę ſpe
ciei copulat̃, nec alicui indiuiduo illius:⁊ h̃ pacto intelli
git agētē, ⁊ ſupmas ſubas per illaꝝ eētias. naꝫ illo p̄ori,
in quo p̄cedit talē copulationē ſm fictionē Auer. eſt infi
ma itelligētiarū itelligēs agētē, ⁊ ſupmas ſubas per eēn
Cō. 5. ⁊. 14. tiā illaꝝ, vt ſupius diximus:⁊ quo ad talē intelleᶜᵉˢ itell's
nullo pacto depēdet a phātaſmatib⁹. Secūdo ꝯſiderari
pōt in ordinē ad totā ſpēm, ⁊ in illo p̄ori in quo nō itelli
git̃ alicui indiuiduo copulat⁹, ⁊ ſic itelligit oīa mālia itel
lectione ęterna ſm ſpēm:⁊ quo ad talē itelleᶜᵉˢ nō depē
det ab his phātaſmatib⁹:vel illis, ſꝫ a phātaſmatib⁹ oīuꝫ
rerū mālium, quas itelligit:quę ſunt ęterna ſm ſpēm. Ter
tio ꝯſiderari pōt vt vnit⁹ huic, vel illi:⁊ ſic itelligit itelle
ctione noua:⁊ quo ad talē itelleᶜᵉˢ depēdet ab his, vel il
lis phātaſmatib⁹:depēdet.n. itellectio a duplici ſubto, vt
Cōm. 5°. ait in h̃ 3°, a phantaſmatę, per qđ eſt vera:⁊ ab intellectu
māli, per quā eſt vnū entiū:⁊ hāc puto mētē Auer. lꝫ fal
Opio Auic. ſam:vt ſupius diximus. ❡ Auicēna v̇o imaginat̃ itellm
in addiſcēdo egere phātaſmatib⁹:in itelligēdo poſtq̃ di
dicit, nullaten⁹ eis egere. Hāc pōneꝫ declarātes iuniores
diſtiguūt ſpēs itelligibiles. nā alię ſunt ex phātaſmatib⁹
abſtractę:⁊ ſm tales intell's intellig̃ nō pōt ſine phātaſ
matib⁹. ⁊ his vtit̃ intellect⁹ in addiſcēdo:alię ſunt ex his
elicitę per opationē intellus poſſibilis facti in actu:⁊ ſm
tales itellig̃ pōt ſine phātaſmatib⁹. nā tales nō depēdēt
a phātaſmatib⁹, ſicut p̄ores:ſed remanēt pñt in ipſo itellu
ceſſante omni opatiōe ſenſus. Huius rei argᵗᵒ nobis ſunt
illi:qui extaſim patiunt̃:qui ſi pūgant̃:nō ſentiūt:cuꝫ ſint
a ſenſib⁹ diſtracti:⁊ tamē intelligūt, cum poſt reuerſionē
Refutatio multa mirabilia dicūt:quę p̄us ignorauerūt. ❡ Sed hęc
poſitio eſt expſſe ꝯtra Them. ⁊ Simpl. qui arbitrantes
nihil intellm poſt mortē itellig̃ poſſe, eo argᵗᵒ mouent̃,
ꝙ ſine phātaſmatib⁹ nequaq̃ intelligit. ❡ Alij mouent̃
ex eo ꝙ memoria nō eſt in pte itellectiua:ſed ſolū in ſen
ſitiua. nā tādiu ſpēs itelligibiles ſunt in itellu, ꝙ̃diu actu
intelligit:eo v̇o ab intellig̃ ipo ceſſante ſpēs delent̃, ⁊ re
manēt phātaſmata in pte ſenſitiua:quę memoria đi. In
telligere ḡ nō pōt itell's humanus corpi vnitus ſine phā
taſmatibus:qꝛ niſi ſpēs rurſus a phātaſmatib⁹ ad actuꝫ
reuocent̃:nunq̃ ille intelliget. ❡ P. Quęro de ſpeciebꝰ
elicitis:vel abſtrahunt̃ a phātaſmatib⁹:⁊ ſic nō differūt
a ſpēbus p̄orib⁹:vel abſtrahunt̃ a ſpēbus p̄orib⁹:⁊ tūc

ſpēi eſſet ſpēs, qđ expoſitores arbitrant̃ abſurdū. ❡ P.
Au ſpēs elicita lapidis, et ſpēs abſtracta a phanᵗᵉ lapi
dis ſunt eiuſdē rōnis:aut differūt rōne, ⁊ ſpecie:ſi eiuſdē
rōnis. ḡ ab eiſdē fiunt, ⁊ ꝯſeruant̃:⁊ qđ abſurdius eſt, tūc
accñtia eiuſdē ſpēi eſſent in eodē ſubto numero:qđ peri
pathetici negarēt. Sin aūt differūt ſpecie, ⁊ rōne:tūc non
eēnt eiuſdē rei repſentatiuę. ❡ Expoſitor noſter Tho Pōn Tho.
mas inter pipatheticos ſūmus arbitrat̃ itellectū noſtrū
corpi vnituꝫ nihil poſſe intellig̃:niſi ad aliqđ phātaſma
ſe ꝯuertat:dicit niſi ad aliqđ phantaſma, qꝛ poſſibile eſt
itellectū intellig̃ aliquā rem:quę nō fecit in ſenſib⁹ phā
taſma:vt qñ intelligit p̄mā mām, aut ſubaꝫ ſeparatā, aut
aliqđ id genus:oportet aūt ſe ꝯuert̃ ſaltē ad phantaſma
eius:qđ erat vel rei, quā intelligit accidēs, vel effect⁹, vel
aliqđ tale. ❡ Rem hanc vt optimus phyſicus experimē
tis cōprobat. Primo qdē:qꝛ lęſis organis internoꝝ ſen
ſuꝫ, intell's intellig̃ nō pōt, qđ pro tāto eſt, qꝛ nō pōt ſe
ꝯuert̃ ad phātaſma. Scđo, qꝛ qñ intell's itelligit:aliqua
ſibi format phātaſmata per modū exēploꝝ:in qbus q̃ſi
inſpicit, qđ itellig̃ ſtudet. ❡ Declarare ſolemus hāc opi Declaſio opi
nionem dupl'r. Primo ex nexu v̇tutū. nam oēs v̇tutes in nione Tho.
corpe hñt cōnexionē, vt nō poſſit vna opari, altera non
opante:loquor de ſenſitiuis, quę miniſtrant intellui. Hę
enim intellui, ⁊ intell's ꝗs nexio cōnectunt̃:vt nulla poſ
ſit opari, altera nō opante. ❡ Ex his ſequit̃ intellm poſ De itellectiōe
ſe intellig̃ poſt mortē. nam lꝫ in corpe hñs ſpēs ſibi vni poſt mortē.
tas intellig̃ nō poſſit niſi ad phātaſma cōuertatur poſt
mortē:cuꝫ a tali v̇tutū nexu ſoluat̃, eiſdē ſpēbus vti pōt
ad nullū phātaſma ſe ꝯuertēdo:nō enim dū eſt in corpo
re, ꝯuertit ſe ad phātaſma, vt denuo ab eo ſpēꝫ recipiat,
quā in ſe nō ſeruauerat, ſꝫ ꝓpter nexuꝫ eius ad v̇tutes il
las, in qbus phātaſma eſt:eſt enim adeo eis cōnexus, vt
nec opari poſſit niſi illę opent̃. ❡ Hęc pro veritate ſunt Opi. Expo.
dicēda:ſed pro opione Expoſitoꝝ grecoꝝ dicēdum eſt
memoriā ſpērum nō eē in itellectu:qm tādiu ſpēs atqꝫ
notiones Themiſtius in intellu eē autumat, ꝙ̃diu actu
itelligit, vel didicit:eo v̇o ab itellectione ceſſante, ſpēs de
lent̃. nam pro memoria ſufficit ꝯſeruatio phātaſmatū in
pte ſenſitiua:cū eniꝫ intell's vti vult eis itellectis, quę in
tellexerat, mox ex phātaſmatib⁹ ſpēs denuo in itellectu
regñant̃. Ex pte enim itellect⁹, nec memoriā, nec habitū
ꝯſtituūt pipathetici, niſi per accidēs ꝓpter ſenſus:qui ſi
bi miniſtrāt. Et tūc iuxta hāc poſitionē intell's, nec diſce
re poteſt, nec quę didicerat, itellig̃ ſine phātaſmatibus.
Propter hāc eādē rōnē aſſerūt aiam nō poſſe poſt mor
tē intellig̃:quia abeūtibus phātaſmatibus, delent̃ ſpēs.
❡ Qđ v̇o de extaſi adducebat̃, Platonicū exēpluꝫ eſt: De extaſi
arbitrat̃ enim Plato aiam in lipopſychia, ⁊ extaſi, atqꝫ
ſomno lōge melius q̃ in vigilia intellig̃, ꝙ ⁊ futura vi
deat, ⁊ ꝙ pñtia itelligat. Arbitrabat̃.n. aiam eē oīuꝫ ſpe
ciebus plenā, oīaq̃ eē omni diſciplinarū gñe abūdantē:
impediri aūt corpis mole:⁊ qua cū abſtrahit̃ lōge me
lius itelligit, ⁊ futura certius pſpicit. Ariſtoteles aūt lib.
de ſomno de lipopſychia loquens, ait hoīem in lipopſy
chia ꝯſtitutū intellig̃ miniſtris internis ſenſib⁹:ad quos
oēs ſpūs aiales ꝯuerſi ſunt:ꝓpter qđ lipopſychiā expo
nit Themiſtius ſibi morbi genus, quo quis aio loquit̃, ⁊
iacet mortuus:in hac lꝫ hō externis ſenſibus nō vtat̃:in
ternis fortiter vtit̃. ❡ Arbitror aūt Ariᶜᵉˢ nō locutū eſſe
de extaſi, qm̃ vt catholici aſſerūt:extaſis in magnaꝝ re
rum reuelationib⁹ fieri ſolet:at lipopſychia accidit nulla
rerum reuelatione cogēte. Ad hęc in extaſi, quę p̄dicamꝰ
nunq̃ falſē viſa ſunt:at quę phantaſmata in lipopſychia
accidūt, fortuito temereq̃ aliqđ p̄ſagiūt. Eſt ergo extaſis
res diuina:quę nō ſpectat ad phyſicos. verū de his dici
mus multa

mus multa nũc in cõmẽtarijs de ſomno. De ītellectione ḡo qua aīa poſt mortē intelligit, quęras libello de īmortalitate aīę in epilogo libelli. ℂ De motiuo.

ℂ Cum autez aīalium aīa biſce duobus ſit definita/ diſcernẽdi inq̄uã potẽtia: quod q̄dem eſt opus officiũq3 mẽtis atq3 etiaz ſenſus ⁊ inſup etiam mouẽdi motu ad locum accõmodato potẽtia: de ſenſu q̄dem ⁊ intellectu haec ſint determinata ac pertractata. Deinceps autē de eo qȯ mouet q̄dnam ſit ipſius animae cõſideremus oportet: vtruz vna quaedam ipſius ſit pars ſeparabilis magnitudine vel ratiõe/ an ipſa anima tota? ⁊ ſi pars ſit aliqua: vtruz ſit alia quaedaz ꝑpria p̄ter eas quae dici ſolēt ⁊ eas quas diximus/ an iſtarum aliqua vna?

«Tex.c.40.» ℂ Quoniaz aũt aīa quę aīalium eſt ſm duas definita eſt potẽtias, ⁊ diſcretiuo: qȯ rationabilis opus eſt, ⁊ ſenſus: ⁊ adhuc ipſo moueri, motu ſm locũ. De ſenſu q̄dem ⁊ intellectu determinata ſint tot. De mouente aũt, q̄d forte ſit animę, ſpeculãdum eſt: vtrũ vna quędam pars ipſius ſeparabilis ſit, magnitudine, aut ratiõe: an omnis anima? Et ſi ſit quędã pars: vtrum ꝑpria quędã ſit p̄ter cõſuetas dici, ⁊ dictas, an harꝫ vna quędaz?

«Rationabilis dianoea Intelle.» «forte tádez ois tota»

COMMENTARIVM.

ℂ Hactenus de itellectiuo: nũc de motiuo aggredit̃: ⁊ primo epilogãdo, ꝑponit ea, quę de motiuo dicturus eſt, ⁊ inquit. Quoniã aũt aīa: quę aīaliũz eſt: ſm duas definita eſt poten̄, ⁊ diſcretiuo, videlz atq3 cognitiuo: qȯ quidē rõnabilis, atq3 ſenſus opus vel po° eſt: ⁊ adhuc ipſo moueri, dico moueri motu ſm locũz. ℂ Quo ḡo ad ḡba attinet, Ariſtoteles dixit, quę aīaliũ eſt, q̄ñ aīa, quę eſt plantarꝫ, nullo horꝫ definita eſt: ⁊ aīaliũz ſola anima humana ſm duas po° definita eſt, ſi per diſcretiuũz q̄d cõmune ītelligas ad intelligē, atq3 ſentire. Si aũt per diſcretiuũz velis intelligē cognitiuũ, qȯ eſt po° intelligẽdi: vel ſentiẽdi: quęlibet aīa aīalis ſm duas potẽtias definita eſt: quoniam quęlibet aīalis aīa eſt cognoſcẽdi, vel mouẽdi ſm locum p̄n̄: nec aīa omniũ aīaliũz eſt talis, ſed ſolũ perfectorꝫ. Cętera enim vim nõ habẽt mouẽdi ſm locũ. ergo verba illa/ qȯ intellect⁹ opus eſt, ⁊ ſenſus/ intelligas diſiunctiue, intellect⁹ vel ſenſus eē opus. Diſcretiuũ autem appellauit opus intell̄s, vel ſenſus: cum nõ opus ſit, ſed potẽtia: quoniã nõ in p̄dicatione formali, ſed cauſali intelligit, quaſi dicat, cuius opus eſt intelligē, vel ſentire. verba illa/ qȯ intellectus opus eſt/ grecę ſunt, ὃ διανοίας ἔργον ἐστι, vbi nõ intell̄s, ſed rõnabilis opus dicit. nam dianoea rõnabilis eſt: ⁊ nõ ītellectiua ḡtus, Alexãder inter dianoeam, ⁊ intellectũ mãlem nullã differẽtiaz facit, Simplicius vt ſupius diximus, facit. verũ an ſit aliqua differẽtia: poſteri⁹ patebit. Hactenus de epilogo. ℂ Deinde quę dicturus eſt, ꝑponit, cum inq̄t. De mouẽte aũt quid fortaſſe ſit aīę, vtrum vna quędã ipſius ſit pars ſeparabilis, aut magnitudine, vt dixit Plato, ⁊ Galenus: vel rõne, vt eſt veritas: an ſit ipſa tota aīa. Hęc eſt p̄ma quęſtio, ⁊ ſi pars aliqua, vt rei veritas eſt: vtrũ alia quędam ꝑpria ſit p̄ter eas/ quę dici ſolẽt, ⁊ p̄ter eas, quas diximus: aut cõſuetarũz quas diximus: ſit vna aliqua. Reſoluit̃ ergo id, qȯ Ariſtoteles ꝑponit in tres q̄ões: quarũz p̄ma eſt, vtrũ motiuũ ſit aīa, an pars aīę. Secũda dato q̄ ſit pars aīę: vtruz a cęteris aīę p̄tibus loco ⁊ ſubiecto differat: an rõne ſolum. Tertia iterũ dato q̄ ſit aīę pars: quęſtio eſt, vtruz ſit aliqua pars earum: quas diximus/ ⁊ enumerauimus 2° huius. An ſit alia quędã pars nõdũz enumerata a nobis: ſed de nouo excogitãda. «Tex.c.13.» ℂ Themi. aũt per ꝯſuetas aīę partes, nõ eas, quę 2° huius diximus exponit: ſed diuulgatas, ⁊ quas diximus p̄mo huius: quę ſunt: rõnabilis, iraſcibilis, ⁊ ꝯcupiſcibilis. «Tex.c.13.» Hę eniz diuulgatę ſunt in ſchola Platonis. Quęſtio ḡ eſt apud Themiſtiũz vtrum p̄n̄ mouẽdi ſit aliqua iſtarꝫ triũz: vt voluit Plato: an aliqua alia pręter has, vt voluit Ariſt., vt poſtea dicem⁹: quę expoſitio pulchra eſt. ℂ Quęret fortaſſe quiſpiaz: quia nõ omne aīal differt a nõ aīali cognitione, ⁊ motus ſm locũ: cum imꝑfecta aīalia ſm locũ nõ mouent̃. «Dubitatio» ℂ Cõcedit̃ qȯ aſſumit̃: nõ enim omne aīal differt ab inaīato illis duobus in ſimul: niſi aīal ſit ꝑfectuz: cętera ḡo differunt ab inaīato ſenſu: quę differẽtia ſatis eſt. «Solutio» ℂ Philoponus ḡo legit ḡba ſic: quoniã aũt aīa, quę aīaliũz eſt, ⁊ nõ quę eſt plantarũ: ſm duas potẽtias definita ac diuerſa eſt, videlz diſcretiuo hoc eſt cognoſcitiuo/ cuius opus eſt p̄tis dianoeticę, ⁊ ſenſitiuę: ⁊ ſupple itellectiuę: ⁊ etiaz motiuo, quo mouent̃ aīalia ſm locũ: nõ aũt dilatatione, ⁊ cõſtrictione: vel alia ſpecie motus: cum tot dicta ſint de ſenſu, ac itellectu, reſtat quęrere de motiuo: vtruz motiuũ ſit ipſa tota aīa, an eius pars ſiue ḡtus. ⁊ ſi virtus: vtrũ ſit rõne, an magnitudine hoc eſt ſubto ſeparabilis ſit, vel eſt ḡtus in ſubiecto. Rurſus ſi motiuuz ſit pars aīę: quęrit̃ vtruz ſit ꝑpria ac diuerſa p̄ter cõſuetas dici a Platone: quę ſunt ira, deſideriũ, ⁊ ratio. Et p̄ter dictas ſupius. ſ. intellectũ diſcurſum, opinionē, phãtaſiam, ſenſuz cõem, ⁊ ꝑpriũ, an ipm motiuũ ſit ḡtus aliqua harũz, aut platonicarꝫ, aut dictarꝫ a nobis. Hęc pacto legit Philoponus: lz multa dicat, de q̄bus poſtea.

ℂ Atq3 hic exiſtit ꝯtinuo dubitatio dubitabitq3 nõ iniuria quiſpiam: q̄uõ partes animae/ ⁊ quot/ oporteat dicere? nam infinitae quodãmodo: ⁊ nõ eae ſolũz eſſe vident̃ quas diuidẽdo q̄dam dixerũt/ rationis inquaz particeps/ ⁊ iraſcẽdi ac cupiendi principiũ velut aliĳ rõnis particeps/ ⁊ rõnis expers.

«Tex.c.41.» ℂ Habet aũt dubitationez mox, ⁊ q̄uõ oportet partes aīę dicere? ⁊ quot? Modo enim quodã infinitę videntur: ⁊ nõ ſolũ quas quidam dicũt determinãtes rationatiuã, iraſcibilem, ⁊ appetitiuaz. Aliĳ autem rationē habentem, ⁊ irrationabilem.

COMMENTARIVM.

ℂ Propoſita intẽtione eorꝫ: quę erat vltimo dicturus in hoc lib. exequẽdo illam intẽtionez: de poten̄ aīę diſtinctione incipit diſputare: vt inde ad diſputationē de ipſius motus p̄ncipio ꝑficiſcat̃. De potẽtiarꝫ ergo diſtinctione diſputãs/ duas poſitiones enarrat: de q̄bus ipſe diſputabit. Prima opinio fuit Platonis diſtinguẽtis aīę potẽtias in tres: in ratiocinatiuã/ quaz logiſticen appellat, iraſcibilē/ hoc eſt irritabilē: quam thymicen/ ⁊ appetitiuaz, quã aliĳ cupiſcibilē/ ipſe epithymeticen dicit. Secũda fuit eorꝫ, qui aīę potẽtias duas eſſe tradiderũt rõnabilē, quaz rõnem habẽtē aſſeruerũt, ⁊ irrationabilē: qua vtit̃ ipſe in libris Ethicorꝫ. Dicũt autē has, ⁊ tot eſſe potẽtias pro numero opationũ: arbitrabant̃ enim ſingulis aīę opationib⁹ atq3 motibus/ qui ab aīa ꝑficiſcunt̃: eſſe animę p̄tes attribuẽdas. Quia igit̃ Plato opationes, ⁊ mot⁹ aīę tres eſſe credidit, aliĳ duas hinc Plato tres, aliĳ duas aīę po° finxerũt. Obĳcit Ariſt.; ⁊ oſtẽdit aīę potẽtias non eſſe ſumen-

das pro opationū numero.nam ſi pro numero opationū ſumēdę eſſent:tūc aliq̄ modo videnť infinitę:aliq̄ modo dico quatenus non poſſent cōpręhēdi ſub aliq̄ certo numero:quēadmodū opationes aię ſi ad numerū velis reducere,ſub certo numero cōpręhēdē non poteris. Unde ingt. Habet aūt dubitationē mox/quō opʒ partes aię dicere,ꝛ hoc quo ad modū diſtinguēdi:ꝛ quot,quo ad numerū diſtinctoꝝ.nam ſi pro numero operū diſtinxeris, modo quodā videbunť infinitę,dico modo q̄dā,quatenus ſub certo numero cōpręhēdi nō poterūt: ꝛ nō ſoluʒ erūt ſupple tot,ꝛ illę:quas qdā dicunt determinātes rōnatiuaʒ,iraſcibilē,ꝛ appetitiuā:ꝛ quas alij dixerūt rōnabilē,quę rōnē habet,ꝛ irrōnabilē:quę rōne caret:immo erūt multo plures:ꝛ h̄ ſi pro numero opationuʒ poam diſtinxeris. ℭ Philoponus vult Ariſtotelem nō mouere q̄ones, ſed Ariſtotelem redarguē Platonē in duobus. Primo ꝙ poas aię appellauerit ptes. Scdo ꝙ dixerit eas eſſe tres,cum ſint lōge plures,ſi opationes attēderis:vel duę,ſi ad capita conſideraueris:ꝛ eſt optima expoſitio:ꝛ ita per hāc dubitationē intelligit hīc argm̄ ꝯtra Platonē.

De potentijs aię noua hęc. ℭ Diſputāt Juniores aduerſus fundatū doctorē Egidiū de numero poarum. Egidius enim voluit aię poas eſſe quatuor:alia eſt,quę per eēntiaʒ eſt rōnabilis:alia,quę rōnabilis eſt participatione,vt appetitus in hoie. Tertia,quę nec per eēntiaʒ eſt rōnabilis,nec per participationē:ſed eſt ei:qd̄ eſt rōnabile,ꝯiuncta,vt nutritiuū in hoie. Quarta eſt,quę nec per eēntiaʒ eſt rōnabilis,nec participatione,nec ei,qd̄ eſt rōnabile,ꝯiūcta,vt nutritiuuʒ in brutis, imo quęlibet aię vis brutalis eſt hoc pacto vt nutritiuū eſt,cum ei:qd̄ rōnabile eſt,nō ꝯiūgať. ℭ Sed blacterones huic diſtinctioni aduerſanť.

Obiectiones Junioꝝ. Primo qdē,q2 Egidius voluit rōnabile per eēntiaʒ eſſe itellectū,cum nō ſolū intellectus,ſed volūtas per eēntiā eſt rōnabilis. Scdo,q2 rōnabile participatione ait eē,qd̄ eſt aptū rōni obedire: qd̄ falſum eſt.nam tūc incōtinētis intēperatiq; appetitus eēt rōnabilis,ſaltē participatione.nam eſt obedire rōni aptus. At hoc aduerſus Ariſtotelē videť,cum vbiq; talē appetitū penitus irrōnabilē appellet. Tertio obijciunt, q2(vt dicūt)Egidius appellat nutritiuū in hoie irrōnale per ꝯiūctioneʒ ei:qd̄ eſt rōnale.nam ſiſi rōne: q̄cq̄d in hoie eēt,eēt hoc pacto irrōnabile,vt vngues,ꝛ capilli,ꝛ cętera id genus. Quarto deniq; obijciūt ex eo ꝙ Egidius appetitū bruti,nec rōnabilē ponit,nec irrōnabileʒ: cum ꝛ ipſe,cęteri definiāt brutuʒ eē aial irrōnale. ℭ Hę ſunt

Defenſio Egidij. obiectiones:q̄bus nō poſſum nō excandeſcē:cum pace eoꝝ dixerim rōnes hę pueriles ſint,ꝛ ipſi non intelligāt,quę Egidius voluit. Prima enim ratio puerilis eſt,cuʒ Egidius velit eam poam eſſe rōnabilē per eēntiā,quę eſt,aut ratio ipſa,aut participatione nullius rōnabilis.modo volūtas nō eſt per eēntiam rōnabilis,cum nō ſit ipſa ratio; eſt tn̄ participatione itellꝰs rōnabilis:nō eni volūtas diſcurrit,aut ſyllogiʒat,ſed ſuppoſita rōne,eligit.ergo dicit rōnabilis participatiue quatenus ſupponit rōneʒ:ꝛ hoc pacto Ariſt.9°lib.metac̄ loquiť:cum ingt,rōnales potētias eſſe ad oppoſita:ſumit enim rōnabile ꝯiatiue ꝛ pro eo,qd̄ eſt tale per eēntiam:ꝛ pro eo,qd̄ eſt tale participatione. ℭ Scda etiā obiectio nihil eſt,q2 appetitus incōtinētis eſt irrōnabilis actu ꝛ habitu:aptitudine,ꝛ potētia eſt rōnabilis:qd̄ nō intelligētes credūt illuʒ nullo pacto dici poſſe rationabilē. ℭ Tertia lōge puerilior eſt,cum Egidius loquať de potētijs,quę ſunt eiuſdeʒ aię:intellectiuum enim appetitiuū,ꝛ nutritiuū in hoie potētię ſunt eiuſdē aię:at particulę corpis non aię ſunt,ſed corporis. ℭ Quarta penitus eſt deriſibilis.nam brutū eſt aial irrationabile negatione,vt lapis eſt nō vidēs,ꝛ poſitione

oppoſiti,qd̄ rōni aduerſať.ſ.poſitione ruditatis:eſt eniʒ aial irrationale.i.rude:tamē nec rōnale eſt per eēntiam, nec per obediētiaʒ,nec per ꝯiūctioneʒ ei,qd̄ eſt rationabile.nec eſt irrationale per p̄uationē.naʒ irrōnabile per priuationē,eſt qd̄ nec per eēntiaʒ,nec participatione,nec ꝯiūctione actu rationabile eſt,ſed aptitudine vel potētia rōnabile per eēntiam,vel participatione,vel cōiūctione eſſe pōt. ℭ Ex hiſce patet rōnabilē poam poſſe trifariaʒ Dilucidatio pōtis Egidij dici,aut eēntia/vt intellectꝰ,aut participatione/vt appetitus tam ſenſitiuus,q̄ itellectiuus,aut ꝯiūctione/vt nutritiuum in hoie. Jrrōnabilē vero dici bifariam,aut negatione,ſiue oppoſita poſitione,aut p̄uatione. Primo modo bruta ſunt irrōnabilia. Scdo modo id dicitur irrōnabile,qd̄ actu caret rōne:eſt tamē aptū hēe,aut per eēntiaʒ, aut participatione,aut ꝯiunctione. Utruʒ vero irrōnabile poſſit eſſe triplex eēntia,participatione,ꝛ ꝯiūctione,bona diſputatio eſt,vtrū moralibus relinquať.

ℭ Per differētias enim q̄bus haſce diuidūt ꝛ ſeparant partes:ꝛ aliae partes eſſe videnť quae maiorē inter ſeſe q̄ dictae diſtātiaʒ habēt. Vegetatiua inquā:quae q̄dem ꝛ plātis ꝛ vniuerſis aialibus ineſt. Et ſenſitiua:quam nec vt rationis expertē/nec vt eiuſdem participem quiſq; facile ponet.

ℭ Scdm enim differētias,per quas ſeparāt has,ꝛ alię videnť eſſe partes maiorē differētiam his habētes,de q̄bus ꝛ nūc dictuʒ eſt: differētiam diſtātiā videlʒ vegetatiua,quę ꝛ plantis ineſt,ꝛ oibus aialibus:ꝛ ſenſitiua,quā neqʒ ſicut irrationabilem,neqʒ ſicut rationeʒ habētem ponet vtiqʒ quis facile.

COMMENTARIVM.

ℭ Enarrauit duas opiones de potētijs aię,cōtra quas fecit enthimema.vʒ.ſi animę potētię differūt pro numero opationuʒ,tūc potētię aię erūt fere infinitę. Probat nūc ꝯñtiā,vel vt Philoponus ingt,Ariſtoteles rurſus Platonem redarguit,ꝛ ſic:verbū enim ꝯfirmatiuę poniť. Unde ingt. Per dr̄ias enim q̄bus,has diuidūt,ꝛ alię ptes eē videntur,quę his,de q̄bus nūc dictū eſt,maiorē dr̄iam habēt. Jſti eniʒ enumerāt potētias pro differētia opationū:modo repiunť alię potētię vltra has,quaꝝ opationes lōge magis,ꝛ inter ſe/ꝛ ab opationibus illaꝝ,quas dicūt:differūt.ꝛ exponit,quę ptes ſunt,quarū opationes lōge magis differūt inter ſe,ab opationibꝰ illaꝝ,ꝛ ingt. Sunt aūt hę,ꝛ vegetatiua,quę ꝛ plātis,ꝛ oibꝰ aialibꝰ ineſt. Huius enim opatio differt valde ab opatione ptis rōnabilis,et ptis irrōnabilis:eſt ꝛ ſenſitiua,quę aialibus ſolum ineſt, quę nec eſt,vt rōnabilis,nec,vt irrationabilis. Cum igiť opationes haꝝ plus differāt ab opationibꝰ illaꝝ,q̄ illarum opationes inter ſe:ſtare vltra illas addēdę erūt,ꝛ hę.

ℭ Dubitabit fortaſſis q̄ſpiaʒ,quo modo vegetatiua magis differat a rōnali,q̄ ab eadē differāt iraſcibilis ꝛ cupiſcibilis. Dubiū primum P. Quo modo magis a rōnabili,q̄ ab eadē differat irrōnabilis. ℭ Dōm veteres ſoluʒ eē locutos de aia humana:modo in humana aia loquēdo poa vegetatiua Solutio nullo pacto eget rōnabilis,at iraſcibilis,et cupiſcibilis, rōnabiles ſunt p̄ticipatione. Vegetatiuū aūt ſi rōnabile eſt,nō niſi ꝯiūctiōe eſt tale. Rurſus rōnabile,ꝛ irrōnabile apud veteres,cum ſint in eadē aia,ſoluʒ p̄uatiue itelliguntur:qua rōne fit vt irrōnabile ſit rōnabile ſaltē participatione.at vegetatiuū,nec eēntia,nec p̄ticipatione eſt rōnabile,ſed(vt diximus)ſola ꝯiūctione. Pʒ ḡ vegetatiuū lōge magis differre a rōnabili q̄ ab eodē differūt iraſcibile:ꝛ

bile: & cupiſcibile: etiã q̃ ab eodẽ differat irrõnabile: cũ
iraſcibile, cupiſcibile, & irrationabile ſint rõnabilia ſaltẽ
participatione. At vegetatiuũ nõ niſi cõiunctione. At ſi vege/
tatiuũ nõ in eadẽ aia accipiat: lõge magis ab oibus illis
differt: ꝓpterea Ariles inquit [Qđ eſt in plãtis, ineſt, & in oibus
aialibus] qm̃ hoc pacto ſumẽdo differt magis a rõnabili, q̃
ab eodẽ differunt iraſcibile, & cupiſcibile, & irrationabile
2° dubiũ quę in eadẽ aia ſunt: vt veteres loquebant. ¶ 2° dubitaret
quiſpiã vtrũ ſenſitiuũ differat magis a rõnabili, q̃ ab eo/
Cõç Auer. cõmẽ.41. dẽ differãt iraſcibile, & cupiſcibile, & irrõnabile. ¶ Auer/
roes per hęc duo arbitrat Ariles refutaſſe vtrãq; opionẽ
Refutatio expoſitiõis Auer. copulatiue: qđ nõ video quõ fieri poſſit. Ego enĩ puto p̃
exẽplo a vegetatiuo ſumpto refelli poſſe ambas: ſʒ argumẽto
a ſenſitiuo, nõ niſi 2am refellit: nõ n. ſenſitiuũ plus a rõna/
bili differt in eadẽ aia, q̃ ab eodẽ differãt iraſcibile, & cu/
piſcibile: quãdoquidẽ iraſcibile, & cupiſcibile ad ſenſuʒ atq; ap
petitum attinẽt. At ſi ſenſitiuũ nõ in eadẽ aia ſumat: hoc
differt magis a rõnabili q̃ ab eodẽ differant iraſcibile, &
cupiſcibile in eadẽ aia ſcripta: nõ aũt magis, q̃ ſi illa nõ
Cõç them. in eadẽ aia ſumerent. ¶ Quobreʒ lucidus doctor The/
miſtius pm̃ argm̃ a vegetatiuo ſumptũ in opionẽ Pla. diri
git: 2m̃ vero, qđ ſumit a ſenſitiuo: dirigẽ vr̃ in 2am opinionẽ.
Nã 2a opinio voluit oẽʒ aię poam eẽ rõnabilẽ vel irrõna/
bilẽ: cõtra quã Ari. inquit, eſt & ſenſitiua, quaʒ neq; ſic rõna/
bilẽ, neq; ſic irrõnabilẽ ponet vtiq; quiſpiam facile. Dixit
[facile] qm̃ reuera ad alterum mẽbrũ reducit: ſi in eadẽ
aia accipet: qm̃ eſt rõnabilis participatiõe: ſi nõ in eadẽ
aia ſumat: reducit ad irrõnabile negatiue acceptum: nõ
aũt priuatiue: qꝛ vero hoc nõ eſt leue apphẽdẽ: ideo Ari. dixit,
non [facile] qꝛ nõ facile in alterꝫ mẽbrũ reducit. Et hoc ait
Them. cum inquit. [Nã quatenus ſenſibiliũ generꝫ dĩias iudi/
cat: & occaſio quędã, & tanq̃ gradus efficit ad aium rõnẽq;
ꝑmouẽdaʒ, videri põt illatenus rõnis, & itelligẽtię parti/
ceps: quatenus vero adiũcta eſt aialibus brutis, & rõne vacã
tibus: vtiq; noie hoc irrõnabilis, & bruta exiſtimari põt.]
Hęc Them. Et tu itellige hãc eẽ irrõnabilẽ cũ eſt in bru
tis: negatione, qꝛ vero hoc nõ facile diſcernit: ideo 2a opinio
ambigua vr̃: cuʒ dicat aliq̃ aię poam: quę nõ facile ad alterꝫ
illius diuiſionis mẽbrũ reducit. Aiaduerte tñ q ſi velis
argm̃ ſumptũ a ſenſitiuo eẽ cõtra pam opionẽ etiã: iraſcibile
& cupiſcibile ad appetitum referas: ſenſitiuã vero ad vim
ſentiẽdi, mõ ſenſitiuũ magis vel nõ minus differt a rõna/
bili q̃ appetitiuũ, cuius ſunt iraſcibile, & cupiſcibile. naʒ ſi/
ue in eadẽ aia, ſiue nõ in eadẽ ſenſitiuũ ſumat: ſemꝑ dif/
fert magis, vel nõ minus q̃ ab eodẽ rõnali differat ap/
petitiuũ quouis modo ſumptũ. Et hoc pacto poſſet expoſitio
Auer. aptari: ſʒ illa Them. ſit verior. ¶ Philoponus vero
dupliciter exponit, & refert hoc cõtra 2am põneʒ. Uno°, q difficile
eſt reducẽ ſenſitiuũ ad rõnalẽ: vel irrõnalẽ: qꝛ de vtraq;
habet. Alio°, qꝛ quatenus cognoſcit, videt reduci ad rõnalẽ:
quatenus patit ab ipis ſenſibilibus aliquã corruptiue: re/
ducit ad irrationalẽ. Hęc Philoponus.

¶ Praeterea imaginatiua: quae rõne quidẽ ab oibus
eſt diuerſa: cui vero ſit iũgẽda vt ſit ideʒ qđ illa aut a
qua ſeiũgẽda vt ſit alia ab illa, magnã dubitationẽ
hʒ pfecto, ſi quis ſeiũctas aiae ꝑtes ſeꝑataſq; ponet.

¶ Adhuc aũt & phãtaſtica: quę ſm eẽ quidem
ab oibus altera eſt: cui aũt harũ eadem, vel
altera ſit: habet multam dubitationẽ, ſi aliquis
ponat ſeparatas partes animę.

COMMENTARIVM.

¶ Tertio aut 2° obijcit Ariles aduerſus eaſdẽ diuiſiones,
argumẽto ſumpto ab imaginaria: quã gręci phãtaſticen appel
lãt: & inquit. Adhuc & phãtaſtica ſupra eſt vltra dictas diuiſio/
nes, quę ſm eẽ, atq; rõnẽ quidẽ ab illis oibus differt: differt
etiã a rõnabili, iraſcibili, & cupiſcibili: differt et ab irrõna/
bili & rõnabili: & qꝛ nemo dubitat illã ab his oibus rõne
differre: ſʒ (vt inquit) cui harꝫ prius dictarꝫ diuiſionũ eadeʒ,
vel altera ſit ſubto vel rõne, hʒ multã dubõnẽ: nõ n. facile
põt diſcerni, cũ qua prius ſit ſtatuẽda: potiſſimuʒ ſi ponat
quiſpiaʒ ꝑtes illas loco, & ſubto ſeparatas, vt Plato ponit.
¶ Sʒ aiaduerte phãtaſticã poſſe ſumi in eadẽ aia: in qua
rõnabilis, iraſcibilis, cupiſcibilis, & irrõnabilis ſumũtur,
vtpote in aia hũana, in qua oẽs illas ꝑtes veteres ſum/
pſerũt: & etiã in diuſa aia: ita vt illę oẽs in humana ſumã/
tur: & phãtaſtica in brutis ipis itelligat: ſi phãtaſtica in di
uerſa aia ſumat ab ea, in qua oẽs illę ſumunt, pʒ eẽ ꝑteʒ
ab illis oibus diuiſam: nemo. n. dubitat talẽ ꝑtẽ eẽ penitus &
rõne, & ſubto alterã ab illis oibus: ſi hoc pacto ſumat. Sʒ qm̃
veteres ſolũ de humana videbant itẽdẽ: quã ſolã aiam
appellabãt: ideo ſi phantaſtica ſumat in eadẽ aia: in qua
cętere animę ꝑtes ſumebant ab veteribus: difficile eſt, qđ
Ari. ait. Uerũ dõm phãtaſticã, vt eſt aliquid humanę aię:
reuera eẽ rõnabilẽ ſaltẽ participatiõe: Ariles tñ inquit. Cui
aũt harꝫ eadẽ vel altera ſit, hʒ multã dubõneꝫ: & ita vult
illã eẽ eãdẽ cuʒ aliq̃ ꝑte earꝫ: quas veteres dixerũt: tñ cui ſit
eadẽ vel altera nõ leue eſt diſcernẽ. ergo vr̃ refutare dictas
diuiſiones tanq̃ difficiles: nõ aũt tanq̃ falſas. Addit ad
difficultatẽ, ſi illas ꝑtes aię humane ponat quiſpiã loco ſe/
paratas, vt Plato poſuit rõnabilẽ in cerebro: cupiſcibi/
lẽ & iraſcibilẽ in corde: & irrõnabilẽ in iecinore. nã ſic po/
nẽdo, phãtaſtica nõ vr̃ rõnabilis, cum phantaſtica ſit in
quãlibet humani corꝑis ꝑticula: nec vr̃ iraſcibilis, aut cupi
ſcibilis aut irrõnabilis, cũ hę ſint in ſtatutis ꝑtibus: hęc in
vniuerſo corꝑe: vtruʒ vero phãtaſtica ſit in vniuſo corꝑe,
vel in certa corꝑis ꝑte: libro 2° huius dictuʒ eſt. Nũc vero ſu/
mat ipaʒ eẽ in vniuſo corꝑe, aut ſm opionẽ eorꝫ, cõtra quos
obijcit, aut ſumat tanq̃ difficile cognituʒ. quo fit, vt non
veritatẽ Ariles refellat, ſʒ difficultatẽ. nã ex quo illi poſue/
rũt ꝑtes illas in diuiſis corꝑis ꝑtibus: & de phãtaſtica nihil
dixerũt, an ſit in toto, an in certa ꝑte corꝑis: iure dubiũ
eſt, an ſit aliqua pars earꝫ: quas illa poſuerunt, an alia ab
oibus. Recte ergo eorũ diuiſiones refellit Ariſtoteles
non tanq̃ falſas, ſed tanq̃ difficiles.

¶ Inſuꝑ appetitiua: quae & rõne & vi alia diuerſaq;
ſine dubio ab vniuerſis eẽ videt. Abſurdũ aũt eſt:
hãc a caeteris diuellere ꝑtibus. fit. n. & in participe
rõnis, volũtas: & in rõne vacãte, cupiditas atq; ira.
Quod ſi tres in partes diuiditur aia: in vnaquaq; pro/
fecto partium inerit appetitus.

¶ Adhuc aũt appetitiua, quę & rõne, & potẽ/ Tex.c.42.
tia altera videtur vtiq; eſſe ab oibus: & incõ
ueniẽs vtiq; eſt hãc ſequeſtrare. In rationa
tiua enim volũtas fit: & in irrationabili & cõ/
cupiſcentia, & ira. Si autem tria aia ſunt: in
vnoquoq; erit appetitus.

COMMENTARIVM.

¶ Quarto aut 3° obijcit, ſʒ quõ hęc obiectio intelligat, nõ le/
ue eſt itelligẽ. ¶ Thomas & Egid. viri doctiſſimi, quos iu/
niores ſectant: arbitrant Ariles corrigere Platonẽ, ex eo
q ſolũ duos appetitus fecit aię, iram, & cõcupiſcẽtiã: cum
ſint tres, rõnabilis vnus. vʒ. voluntas, & irrõnabilis duo
vʒ. ira, & cupiditas. ergo nõ duo, ſed tres ſunt appetitus. Et licʒ
hęc expoſitio poſſit verbis Ariles accõmodari: tñ difficile
eſt illaꝫ aptare, niſi cum ſupplemẽtis, quę cauẽda ſunt,

quo ad fieri poteſt, vt ꝟba facilius legant̃. ¶ Philoponus ꝟo vult ꝙ Ari. argumētet̃: ſi tres ſunt aię, vt Plato dicit, tūc ſm vnāquāq; ipſaꝝ erit appetit⁹. ergo ⁊ in vegetatiua appetit⁹ eſt: qꝺ Ari^{ſ} habet pro īpoſſibili. Sʒ dices Ari^{ſ} 2° hui⁹ in plāt̃s poſuit appetitū. ergo nō recte dʒ hoc hic pro abſurdo. Plutarchus ſimpꝉ negat in plāt̃s appetitū. Philopon⁹ ꝯcedit, ⁊ aſſerit Ari^{ſ} eē locutū ad hoieꝫ: nō aūt ſimpꝉ. Et lʒ hęc expoſitio bona ſit, cū difficultate textui pōt applicari. ¶ Propterea cū Themiſtio dicemus abſurdū Ari^{ſ} eē nō hoc, ſed ꝙ appetit⁹ diuidat̃ in duas ptes, ⁊ qlibet illaꝝ ſit aia. Plato. n. diuiſit aiaꝫ per rationabile: ⁊ iraſcibile, ⁊ cupiſcibile: ⁊ voluit hęc tria eē aiam. Qꝛ ꝟo hoc ſit abſurdū, pʒ, qꝛ voluntas in rōnabili pte non eſt aia. ergo nec ira, ⁊ cupiditas in pte irrōnabili erunt aię. Unde inqt. Adhuc aūt eſt appetitiua: quę rōne ⁊ po^{a} altera videt̃ eē ab illis oib⁹. ſ. rōnabili, ⁊ irrōnabili: quas Plato, ⁊ alij poſuerūt: lʒ Plato irrōnabile diuiſerit in duo: vt dictū eſt. Deīde exponit abſurdū cum inqt, ⁊ incōueniēs eſt vtiq; hāc appetitiuaꝫ, quę rōne ⁊ po^{e} diuerſa videt̃ a rōnabili ⁊ irrōnabili ſequeſtrare in aias. ſ. iraſcibilē, ⁊ cupiſcibilē. Et ꝙ ſit abſurdū, oſtēdit, cum inquit. In rōnatiua. n. pte volūtas fit: quę nō eſt aia, ſed appetit⁹ aię, ⁊ in irrōnabili ꝯcupiſcentia eſt, ⁊ ira. ergo ſicͭ volūtas nō eſt aia: ita ira ⁊ cupiditas nō erūt aię. Oſtendit aūt has nō eſſe aias, cum inqt. Si autē hęc tria ſunt aia, qua rōne in rōnabili aia erit ꝓpꝛius appetitus. ſ. volūtas: ſic in vnaquaq; haꝝ aiarū erit ꝓpꝛius appetit⁹. quare erit ipſius appetit⁹ appetitus. Abſurdū ergo aduerſus plura eſt appetitiuā diuidē in aias, vt fecit Plato. erit ergo (vt inqt Them.) tanq̄ ſui gñis po^{e} incolumis ſeruāda appetitiua ipa. ¶ Dubitauit Expoſitor Thomas, ⁊ poſt ipm

Dubitatio expoſitoꝝ. cęteri, cur ex pte intell'ſ vnus eſt appetit⁹ ſpecie volūtas vʒ. ex pte ſenſus duo cupiditas, ⁊ ira: ⁊ laborāt in aſſignādo cām: ⁊ meo iudicio, quę dicūt nō neccīa ſunt. Suppo-

De appetituū differētia. nūt enim ex pte ſenſus duos eſſe appetitus, qꝺ Ari^{ſ} nō affirmat. nam ꝯdicēdo Platoni, declarat nō eſſe appetitū diuiſibile in duas aias: vbi nō colligit̃ tres eſſe appetitus. ¶ Qꝛ ꝟo hęc, quę ſupponunt, nō ſint ꝑipatheticę dicta: declaramus, qꝛ ſi appetitus velis diſtinguere ex

Tex.c.47. pte obiti, vel act⁹, ex pte ſenſus duo ſunt, vt Them. inqt, dolorificuꝫ, ⁊ voluptificū: actus etiā duo, ira. vʒ. circa dolorificum, voluptas circa voluptificū. Ex pte ꝟo intell'ſ itē ꝟ duo, bonū ⁊ malū: act⁹ ꝟo velle, ⁊ nolle. naꝫ qꝺ in intellectu eſt bonū, ⁊ velle, in ſenſu eſt voluptificū, ⁊ voluptas, qꝺ in intellu eſt maluꝫ, ⁊ nolle, in ſenſu eſt dolorificuꝫ, ⁊ dolor ſiue ira, quę eſt reſiſtētia ꝯtra ea, quę naturę aduerſant̃. Si ergo obtoꝝ, ⁊ actuū diīa ex pte ſenſus duas appetitiuas po^{re} faciūt. vʒ. cupiditatē, ⁊ iram: cur ex pte intell'ſ diīa actuum ⁊ obtoꝝ duas diīas nō efficiūt volūtatē. vʒ. (⁊ vt ita loquar) nolitatē. Quare ſi vna eſt appetitiua po^{e} ex pte intell'ſ diuerſoꝝ actuūꝫ atq; obtoꝝ. vʒ. volūtas, cuius eſt velle, ⁊ nolle: ita ex pte ſenſus diuerſorum actuūꝫ, ⁊ obtoꝝ erit vnus appetit⁹ ſenſitiuus: cuius duo act⁹ ſunt ira, ⁊ cupiditas. Teneo ergo cum Themiſtio vnū eē ſenſitiuū appetituꝫ ſpecie, ſicut eſt vnus appetit⁹ itellectiuus: cuius act⁹, ⁊ obta duo ſunt, ⁊ vnū: duo in pticulari, vnū in vli: qꝺ dr̃ ſenſibile. nam ſicut obm volūtas eſt ens, ſic ſenſitiui appetit⁹ ſenſibile. pōt. n. volūtas velle, qcq̄d intelligimus, ⁊ appetit⁹ ſenſitiuus appetē qcq̄d ſentimus. Hęc intētio nō modo Themiſtij eē videt̃: ſed Simplicij, ⁊ Ari^{lis} ſupius. verū de obto volūtatis, ⁊ appetitus ſenſitiui poſtea diſſerēdum eſt.

¶ Sed vt redeamus vnde digreſſi ſumus: qꝺ eſt id qꝺ mouet ipm aial loco, quo de nūc diſputatio noſtra eſt inſtituta: motu nāq; eo quo incremēta decremētaq; ſuſcipiunt̃: qui quidem oibus aiantibus ineſt, id mouere ſane videt̃ qꝺ vniuſis ineſt eiſdeꝫ: ꝑncipium inq̄ gñandi ac nutriēdi. De reſpiratione autē expirationeue ⁊ ſomno atq; vigilia: poſterius ꝯſiderare oportet. nam ⁊ haec ipſa: magnā dubitationem difficultatēq; hñt. Nūc eſt de motu ad locum accōmodato ꝯſiderāduꝫ: qdnam id tādem ſit qꝺ ipm aial motu mouet progrediēdi.

¶ Et ergo ⁊ de quo nūc ſermo inſtat, qꝺ mouens ſm locū aial eſt: ſm qdeꝫ enim augmētuꝫ ⁊ decremētuꝫ motū: qui oibus ineſt, qꝺ oibus vtriq; ineſt: mouere videt̃: gñatiuum, ⁊ vegetatiuū. De reſpiratione aūt ⁊ expiratione, ⁊ ſomno ⁊ vigilia poſterius ꝑſpiciēdum: hñt enim ⁊ hęc dubitationē multam. Tex.c.43.

Sʒ de motu ſm locū qꝺ ſit mouēs aial ſm ꝓgreſſiuum motū, ꝯſiderādum eſt. T.cō.44.

COMMENTARIVM.

¶ Diuus expoſitor cur velit Ari^{ſ} in h̄ textu velle ponere vlt^{s} rōnē aduſus ꝑdictas diuiſiones, nō bñ intelligo: nec facile poſſum ꝟbis Ari^{lis} hāc expoſitionē accōmodare. ¶ Propterea cū Them. ⁊ Philopono dicamus poſtq̄ Ari^{ſ} refutauit diuiſiones illas, nūc redire ad diſputa^{nem}, quę eſt de pn^{o}, quo aial mouet̃ ſm locū. Unde inqt. Et ergo ſupple ⁊ de eo, de quo nūc ſermo inſtat, qꝺ. ſ. mouēs aial ſit ſm locū, dicamus ſupple: deficit. n. ꝟbuꝫ more attico. et qꝛ multi ſunt mot⁹ ſm locuꝫ: ęquoce. n. dr̃ mot⁹ localis de multis, vt Philoponus inqt. Ideo exponens de quo motu ſm locū vult diſputare excludit motū augmēti, ⁊ decremēti, qui mot⁹ ſm locū ſunt. naꝫ qꝺ augeť, in maiorē locū recipit̃: ⁊ qꝺ diminuit̃, recipit̃ in locū minoreꝫ. Excludit aūt hos (vt Philopon⁹ inqt) tanq̄ a nā factos. Rurſus excludit iſpira^{nem}, ⁊ expirationē, q ſine motu locali nō ſunt: qñquideꝫ palmo, pect⁹, atq; diaphragma in expira^{ne}, iſpirationeue moueant̃ dilatādo, cōprimēdoq; vt aerem frigidū attrahāt, calidū expellāt. ergo (vt Philoponus dicit) excludit hos, qꝛ nō q̄rit pn^{m} mot⁹ aialis, qui fit ſm ptē, ſed ſm totū. Nō per reſpira^{nem} pticula aialis mouet̃: vel hos excludit, qꝛ ſunt ptim a nā, ptim ab aia: ideo alibi de his. Excludit etiā ſomnū atq; vigiliā, qui ēt aut mot⁹ ſm locū ſunt, aut nō ſine motu locali: in ſomno enim fit mot⁹ localis ſpūuꝫ ab externis ptib⁹ ad internos ꝟſus cor: in vigilia cōtra coꝝ fit expanſio ab internis ad externa. Excludit ergo hos motus, qui aut locales ſunt, aut nō ſine motu locali, ex eo ꝙ illoꝝ pn^{m} ⁊ cā eſt ꝟtus vitalis. vel (vt Philoponus inqt) excludit mot⁹ in ſomno, qꝛ ſunt pticulares. ſ. palpebraꝝ, nō totius aialis. De quo ꝟo motu ⁊ de cuius mot⁹ ꝑncipio agere vult, ꝓponit. Unde inqt. Scđm qdē enim augmētū ⁊ decremētū motū: qui mot⁹ oibus iſunt: id qꝺ oibus viuētibus inexiſtēs eſt mouere videt̃, gñatiuū. vʒ. ⁊ vegetatiuū. i. tale qꝺ eſt pn^{m} taliū motuū ⁊ ꝟtus vitalis: hi ſunt motus ſm locū, quos ꝑmo excludit. De reſpiratione aūt ⁊ expiratione etiaꝫ 2° excludit, ⁊ de ſomno, ⁊ vigilia poſterius ꝑſpiciēdū eſt: ⁊ ſic 3° hos mot⁹ excludit: cuius cām inqt. Hñt enim ⁊ hęc ſenſum dubitationē multā: ꝓpter quā egēt ſpāli ꝑtractatione. Iſtis excluſis, de quo mouēdi ꝑncipio vult loqui: exponit, ⁊ inqt, Sʒ de motu ſm locū quo vliter aial mouet̃, vt Philoponus inqt, hoc eſt qꝺ mouens aial ſm ꝓceſſiuum motū ſit, ꝯſiderādum eſt, ergo excluſis his motibus, reſtat agere de ꝑncipio ꝓgrediendi.

¶ Patet

¶ Patet itaq3: nō eſſe ipſa3 potētiā nutriendi. nam alicuius gr̄a ſemꝑ hic motus efficit̄: eſt q3 cu3 imaginatione vel appetitu. nihil.n. non appetēs aut fugiens hoc motu ciet̄: niſi forſitan vi.

¶ Quod qde3 igit̄ non vegetatiua potentia, manifeſtu3 eſt. Semp.n. gr̄a alicuiꝰ eſt motus hic: ⁊ aut cū phantaſia, aut cu3 appetitu eſt: nihil eni3 non appetens, aut fugiens mouetur, niſi violentia.

COMMENTARIVM.

¶ Diſputatis diuiſionibꝰ, ⁊ ꝓpoſita intētione, nunc ꝓbat ꝑncipiū motꝰ ꝓceſſiui nō eſſe potētia3 vegetatiuā: vnde Philoponus dicit, ꝙ pn̄s ſpeculatio oſtēdit ꝑmo qd nō mouet ſm locū aial ipſu3. Scđo qd mouet: ⁊ oſtēdens qd nō mouet, ꝓbat ꝙ vegetatiuū nō mouet aial ſm locu3, ⁊ ſyllogiçat ſic, pn̄m ꝓgrediendi efficit motū alicuiꝰ gr̄a cū imaginatione, ⁊ appetitu: vn̄ ꝓponēs intentionē, inquit. Qđ qde3 igit̄ non vegetatiua potētia ſit ꝓgrediēdi pn̄m, manifeſtū eſt, ⁊ ſumit maiorē, cu3 inqt. Semp.n. gr̄a alicuius eſt motꝰ hic, ⁊ aut cū phantaſia, aut cū appetitu: eſt ergo maior, ꝑncipiu3 ꝓgrediendi ſemper mouet alicuius finis gr̄a ⁊ cum imaginatiōe, ⁊ appetitu: l3.n. lr̄a ſcribat̄ diſiunctiue: legēda eſt copulatiue, vt Philoponꝰ legit: aial.n. qđ ꝓgredit̄: ſemꝑ alicuius finis gr̄a ꝓgredit̄: quē fine3 ⁊ imaginat̄, ⁊ appetit: ⁊ aſſignat rōnem, cū inquit. Nihil.n. nō appetēs .i. ꝓſequēs, aut fugiēs ꝓgredit̄: niſi vi. pōt.n. aial ꝓgredi vi, ⁊ nec ꝓſequēs finem, nec fugiens: veluti bos ad macellu3: ⁊ aliqd id genus. Uerbu3 eni3 appetens, qđ grece eſt, ὀρεγόμενον, latine ſonat appetens: hic tamē ſonat ꝓſequēs, qđ ad fugiens opponit̄. Patet ergo maior: cui adde minorē: ſed vegetatiua potētia nō mouet gr̄a alicuius finis, quē imaginet̄, ⁊ appetat: ergo nō eſt ꝑncipiu3 ꝓgrediēdi. Qđ v̄o vegetatiua potētia nō moueat finis alicuiꝰ gr̄a, quē imaginet̄ ⁊ appetat, Themiſtius ꝓbat, q2 oīs appetitio, ⁊ oīs imaginatio ab externo ſenſu naſcit̄: conſtat aūt vegetatiuā potētia3, vt talis eſt, ſenſu externo vacare.

¶ Praeterea plantae quoq3: tali cierent̄ ꝑfecto motu ptē q3 aliquā ad hūc motū vt inſtr̄m hr̄ent.

¶ Ampliꝰ ⁊ plantę motiuę eſſent, ⁊ haberēt aliquā partē organicā ad motu3 talem.

COMMENTARIVM.

¶ Scđo argumētat̄ ꝙ ſi potentia vegetatiua eſſet ꝓgrediendi pn̄m, cu3 hęc plantis inſit plantę ⁊ eſſent ſuipſarꝫ motiuę, ⁊ haberent aliquā partē organicā ad tale3 motū deputatā: qua talis motus ꝑfici poſſit, vt ſunt pedes, vel alę, vel ſtardę: cuius oppoſitū oībus p3. Philoponꝰ v̄o ſibi [⁊ haberent] fecit quartā rōne3 ⁊ poteſt ſtare. ¶ Ex verbis Ariſtotelis hic iunioꝝ nōnulli colligūt, nec intellectiuā aia3 eſſe formā cuiuſlibet ptis hoīs, nec ſenſitiuā cuiuſlibet ptis aialis: q2 ſm Ariſto. hic, tunc quęlibet ps hoīs intelligeret, ⁊ quęlibet ſentiret: cōſtat aūt ꝯ̄ria, q2 ſic argumētat̄ Ariſtoteles de motiua, deducēs ſi plantis ineſſet, illę mouerent ſe ſm locū. At p3 nō oēm partē intelligere, qm̄ nec pes, nec brachiū. Similr̄, nec oīs aialis pars ſentit, q2 nō oſſa ſentiunt. ¶ Sed ſi ita eſſet, tūc intellectiua aia nullius ptis eſſet forma, ⁊ ſic non eſſet forma hoīs, qui aliud q̄3 ſuę ptes eſt nihil. Propterea concedo intellectiuā aia3 eſſe formā totius, ⁊ cuiuſlibet ptis eiuſ: ſed intellectꝰ nullius pticulę eſt forma, nec hoīs eſt forma, vt reſultat ex ſuis partibꝰ integralibꝰ: l3 ſit forma hoīs, vt reſultat ex ſuis partibus eſſentialibꝰ: eſt.n. aia intellectiua ſm gradum intellectꝰ eleuata: l3 ſm eſſe ſit ſimplr̄ hoīs, ⁊ cuiuſlib3 hoīs partis forma. Similr̄ ſenſitiua eſt aia ⁊ forma oīu3 partiū: l3 potētia ſentiēdi nō ſit in q̄lib3 parte: nō.n. quęlibet particula ſentit. errauerūt ergo accipientes qđ Ariſto. dicit de potētia, eſſe itelligēdū de aia.

Iunę ſenio/res,

Refutatio

Deciſio

¶ Dubitat hic Philoponus, quia poſſet qs dicere ꝙ vegetatiua anima ſit cauſa motus ſm locū: plantę v̄o non mouentur: quia carent organis. ¶ Reſpondet, ꝙ l3 ſm indiuiduum aliquod ordinatum in aliquem fine3, poſſit carere inſtrumētis perueniendi ad illu3 finem: nō tñ pōt illis carere in tota ſpecie.

¶ Pari mō nec ipſa3 ſentiēdi vi3 motus huiuſce ꝑncipiū eſſe: cōſtat. ſunt.n. aialiu3 multa quae ſenſum qde3 hn̄t: manent tñ ⁊ ſemꝑ imobilia ſunt.

¶ Similiter aūt neq3 ſenſitiuū: multa.n. aialium ſunt, quę ſenſum qdem hn̄t: manentia autē ſunt, ⁊ imobilia ſemper.

Tex.c.45.
τέλουσ
ſemper
finaliter
per finem
aſſidue,

COMMENTARIVM.

¶ Qđ v̄o neq3 ſenſitiua potētia ſit ꝓgrediendi ꝑncipiū, nūc ꝓbat, cu3 inquit. Multa.n. aialiu3 ſunt, quę ſenſum qde3 hn̄t: manentia v̄o ſunt, ⁊ imobilia motu ꝓgreſſiuo ſemꝑ vſq3 in finem vitę: veluti çoophyta, vt conchilia, ⁊ oſtrea, ⁊ id genus. ¶ Quo v̄o ad v̄ba attinet, ſemꝑ, grece eſt τέλουσ, qđ hic ſemꝑ, vl̄ finalr̄, vel vſq3, vl̄ aſſidue ſignificat: ꝙ hęc animalia ſint vniuerſo vitę tempore ⁊ imobilia, ⁊ manentia.

¶ Qđ ſi natura nihil facit fruſtra, neq3 neceſſarioꝝ quicq̄3 omittit. niſi in aialibꝰ mēbris captis ac imperfectis atq3 aialiu3 haec ⁊ ꝑfecta ſunt ⁊ nō membris capta, cuius id indiciū eſt, ⁊ generant eni3 ⁊ ſtatum decremētaq3 ſuſcipiūt: haberēt ⁊ eas ipſa ꝑfecto partes quae ꝓgrediendi ſunt inſtrumēta.

¶ Si igit̄ natura nihil facit fruſtra, neq3 deficit in neceſſarijs, niſi in orbatis, ⁊ īpfectis: hmōi aūt aialia perfecta, ⁊ non orbata ſunt: ſignu3 aūt eſt, q2 gn̄atiua ſunt: ⁊ augmentu3 hn̄t, ⁊ decrementū: quare hr̄ent vtiq3 ⁊ organicas partes ꝓgreſſionis.

ἀκμὴν
augmentum
vigorem
ſtatum
ſummum
ſit vt

COMMENTARIVM.

¶ Expoſitores noſtri exponunt Ariſtotele3 velle remouere dubiu3, ⁊ quide3 ſapide exponunt, nam poſſet dici potentiā ſenſitiuā eſſe ꝓgrediendi principiū, ⁊ cu3 dicebatur eſſe nōnulla aialia, quibꝰ ineſt hęc ſenſitiua potentia: quę tamē nō ꝓgrediunt̄, poſſet dici hęc progreſſiua eſſe: defectu tamē inſtrumētoꝝ, v3, pedum, vel cęteroꝝ id genus nō ꝓgredi. ¶ Cōtra obycit Ariſto. ⁊ ſupponit duo, quoꝝ primū eſt, natura3 nihil fruſtra, neq3 ſupflui quicq̄3 facere: nihilq3 neceſſarij omittere, ⁊ hoc inquit. Si igit̄ natura nihil facit fruſtra: neq3 deficit in neceſſarijs: hoc eſt primū: ⁊ limitādo ſuppoſitionē hanc, inquit niſi in orbatis, ⁊ iperfectis: qualia ſunt monſtruoſa: quę pręter naturę intētionē accidunt ex corruptione alicuiꝰ principij in ſemine. Scđo ſupponit talia animalia: quę ſemper manent, non eſſe mutila, neq3 orbata, nec monſtruoſa generatione exorta: cuius ſignum affert, quia ſibi ſimilia generant, ⁊ habent augmentu3, ⁊ decrementum. Ex hiſce refellit falſam reſponſionē, cum inquit. Quare ⁊ haberēt vtiq3 organicas partes ꝓceſſionis, vt pedes, vel id genus. Unde ſyllogiſmus eſt in nō orbatis nō deficit natura: eiuſmodi animalia ſunt nō orbata: imo perfecta in ſuis ſpeciebꝰ: ergo in eis nō deficit natura: quare

Auẽ Auer. cõmẽ.45°.

ſi potentiã progrediendi dediſſet, eiſdem inſtrumenta ad ꝓgreſſuꝫ tribuiſſet. ℂ Auerroes hic nõ eẽ viſuꝫ loco cõcomitãtẽ Ariſtotelẽ inquit, hoc eſt loco a ſili, cuꝫ ꝓbat potẽtias baſſe, vꝫ, vegetatiuã, ⁊ ſenſitiuã nõ eẽ ꝓgrediendi pn̄ª, niſi intelligẽdo de cauſis ꝓpinqs, naꝫ ſenſus (vt diceremus) hñ eſt cã remota ꝓgrediẽdi. ℂ Sed dubitabis fortaſſe, naꝫ Ari. ꝓbat aialia hęc nõ eẽ monſtruoſa, q̄ generant, ⁊ q̄ augent̃ vſqꝫ ad ſtatũ, ⁊ diminuũtur. Modo ſi hęc rõ valeret, tũc quę gñarẽt, ⁊ creſcerẽt, nõ eſſent monſtra: cuius ꝫriũ experimur. videmus.n. aialia monſtruoſa in ſpẽ coꝝ gñare: imo ſibi ſilia, vt canis ſine cauda ort⁹ gñat caniculum ſine cauda: ⁊ alia plura: videmus ẽt monſtra creſcẽ, venireqꝫ vſqꝫ ad ſtatuꝫ: ⁊ poſtea diminui. ℂ Auerroes in cõmẽto inuit ſol.cũ inqt hęc eẽ in minori pte. Monſtrũ.n. raro ſibi ſimile gñat: plerũqꝫ ꝟo gñat aial pfectuꝫ: vñ ⁊ canẽ ſine cauda ortuꝫ vidim⁹ catulos caudatos genuiſſe plerũqꝫ, raro ꝟo ſine cauda. At aialia eiuſmodi plerũqꝫ generãt ſibi ſilia, vt obſeruatio docet, quę rõ facit, vt hęc monſtruoſa nõ ſint, cuꝫ aut ſemp, aut plerũqꝫ, qualia ipſa ſunt, generent. Silr monſtra augent̃ ⁊ diminuũt̃: nõ tñ creſcũt ſemp aut plerũqꝫ vſqꝫ ad terminũ ſpẽi: imo qñqꝫ excellũt, qñqꝫ ad terminuꝫ ſpẽi nõ ꝑueniũt. At talia aialia ſemp aut plerũqꝫ ad terminũ ſpẽi coꝝ ꝑueniũt, quę rõ docet hęc nõ eẽ mutila, ⁊ mẽbris capta: ſꝫ in coꝝ ſpẽbus pfecta. ℂ Ex h̃ loco

An intell's ſit hois forma.

iuniores colligũt intellm̃ nõ eẽ hois formã. pmo q̄ ſi intellect⁹ eſſet hois foꝛa: tũc intell's eſſet foꝛa cuiuſlibꝫ ptis hois. Sed intell's nõ eſt foꝛa cuiuſlibet ptis hois, alioqn quęlibet hominis pars intelligeret, vt argumentat̃ Ariſtoteles: ergo intellectus non eſt forma hois. P̃. Si quęlibet pars hois haberet itellectũ, quęlꝫ ps hois hiet ea qb⁹ vtit̃ intell's pro intellectione: ⁊ ita manus hiet imaginatiã, ⁊ cogitatiuã, ⁊ cęteras ptes, quę ſeruiũt ipſi itellui. Põt ẽt ꝓbari eiſdẽ rõnib⁹ ſenſitiuã nõ eẽ formã cuiuſlꝫ

Refutatio

ptis aialis, q̄ nõ oſſiuꝫ. ℂ Sed hęc nõ ſunt bñ dicta, vt ſupius ꝓbauimus. ℂ Propterea debes ſcire intellm̃ bifariam intelligi poſſe, aut pro ipſa aia itellectiua, quę eſt ſuba, ⁊ foꝛa: aut pro potẽtia, quę eſt accidens eſſentiale ⁊ ꝓpriũ aię ab illius eſſentia fluens, ⁊ qdeꝫ nec mediante corpe, nec mediante aliquo corporeo. Inſup debes ſcire hoieꝫ poſſe accipi pro quodaꝫ toto reſultãte ex ptib⁹ integralib⁹, ⁊ pro quodaꝫ toto reſultãte ex ptib⁹ eſſentialibus: quę ſunt aia, ⁊ corp⁹. Tunc dico ꝙ ſumẽdo intellm̃ pro ſuba aię: ſic intell's eſt hois foꝛa vtroqꝫ mõ ſumpti: ⁊ cuiuſlibet itegralis ptis hois, nec ſeqt̃ oẽꝫ hois ptẽ integraleꝫ intelligẽ: q̄ lꝫ aia itellectiua ſit hois, ⁊ cuiuſlibet hois ptis foꝛa, nõ ꝓpterea quęlꝫ hois ps itelligit, q̄ non ſm̃ oẽs potẽtias ⁊ cuiuſlibet hois ptis foꝛa. Accipiendo ꝟo intellm̃ pro po⁹ aię, vt ſic nõ eſt foꝛa hois, ſumendo hoieꝫ pro toto reſultãte ex ptib⁹ integralib⁹: quęlibet.n. hois pars itegralis intelligeret: eſt tñ foꝛa hois vt hõ eſt totũ eſſentiale ex aia ⁊ corpe reſultãs: qñ eſt forma aię, quę eſt hois pars. Sili mõ de ſenſitiuo dici põt, naꝫ pro ſuba ſumptũ eſt foꝛa hois, ⁊ cuiuſlibet ptis hois: etiã ſumẽdo hoieꝫ pro toto itegrali. pro potẽtia ꝟo nõ eſt foꝛa cuiuſlibet ptis: q̄ ꝟo iſti nõ fecerũt dñaꝫ iter potẽtiaꝫ, ⁊ eſſentiam, credẽtes eſſe de po⁹ ſicut de ſuba, errauerunt. ℂ Quo ꝟo ad ꝟba attinet, cuꝫ Ariſto. dicit [ga gñatiua ſunt] inuit, hõ aialia ꝣoophyta, nõ eẽ mutila. Eunuchi.n. mutiles exiſtẽs nõ generãt. Cuꝫ ꝟo dicit [⁊ augmẽtum hñt ⁊ decremẽtuꝫ] inuit ea nõ eẽ ipfecta, vt ſunt pueri, q cũ nõ venerũt ad pfectionẽ, nõ gñant. Hęc Philo⁹.

ℂ At ꝟo neqꝫ rõcinandi vis, ⁊ id qđ intellect⁹ appellatur: principiũ eſt mouẽdi. Intellect⁹.n. cõtemplatiuus: nihil coꝝ quae ſub actionẽ cadunt cõtẽplat̃, neqꝫ dicit quicꝗ oino ſi ſit fugiẽduꝫ an pſequẽduꝫ. at motus: ſemp aut fugiẽtis aut pſequẽtis qppiam eſt. Actiu⁹ etiã cuꝫ rem aliquã huiuſcemodi contẽplatur: minime iaꝫ fugere aut perſequi iubet. attñ ſi res illa terribilis ſit: coꝛ ipſuꝫ mouetur. ſin afficiens voluptate: pars aliqua alia corporis agitat̃.

ℂ At ꝟo neqꝫ intellectiuũ, ⁊ vocatus intellect⁹ eſt mouẽs. Speculatiu⁹ qdeꝫ.n. nihil intelligit operabile: neqꝫ dicit de fugibili ⁊ pſequibili aliqd. Semp aũt mot⁹ aut fugientis, aut pſequentis aliqd eſt. Sed neqꝫ cum ſpeculatus fuerit aliqd hmõi: iam p̃cipit aut fugere, aut pſequi: quẽadmoduꝫ ſępe intelligit aliqd terribile, aut delectabile, non iubet autẽ timere: ſed coꝛ mouet̃. Si autẽ delectabile: altera aliqua pars. Tex.c.46.

πρακτὸν operabile agibile

ratiocinatur

COMMENTARIVM.

ℂ Quod ꝟo intell's nõ ſit ꝓceſſiui mot⁹ totale p̄n̄ᵐ, illico pꝫ ex eo: q̄ tũc beluaꝝ ꝓceſſiuo motu moueret̃, ſiqdeꝫ quęlꝫ belua intelln̄ caret. Tñ Ariſto. ꝓbat, ex eo ꝙ duplex ſit intell's, alter qui gręce theoreticus h̃ eſt ꝯtẽplarius dr̃, alter practicus. i. actiu⁹, opatiuuſue. Contemplarius aũt duplr̃ ſe hꝫ, aut cuꝫ ſpeculat̃ ens mere ſpeculabile, veluti cũ ꝯtẽplat̃ triãgulũ, vel id gen⁹: aut cũ ꝯtemplat̃ coꝝ quę in actione ſunt, ſed ſpeculatiue, veluti cum cõtẽplat̃ qđ vulnus ſit, qđ hoſtis, qđ belluꝫ, ⁊ id gen⁹ in vlĩ, ⁊ in gñe. Hęc.n. ⁊ ſi in actione ſint, tñ vlĩ rõne illa cõtemplans, ſpeculatiu⁹ eſſe dr̃: q̄ liqdeꝫ opabile mõ ſpeculatiuo ꝯſiderat. Ariſtoteles ergo pmo ꝓbat ꝙ intellect⁹ cõtẽplatiu⁹ nõ eſt totale p̄n̄ᵐ mot⁹ ꝓceſſiui. Scđo ꝙ nec actiu⁹, ⁊ ꝓbãdo ꝙ ꝯtẽplatiu⁹ non eſt motus p̄n̄ᵐ, probat pmo cõtemplariũ nõ eſſe mot⁹ ꝓceſſiui p̄n̄ᵐ, cum mere ſpeculabile ꝯtẽplat̃. Scđo ꝙ nec eſt ꝓceſſiui mot⁹ p̄n̄ᵐ, cuꝫ opabile ſpeculatiue ꝯſiderat. De pmo ſyllogiꝣat ſic, p̄n̄ᵐ mot⁹ ꝓceſſiui ꝯſiderat ſemp fugibile aut pſeqbile. Intell's cõtemplarius duꝫ ſpeculabile cõtẽplat̃: nec fugibile, nec pſequibile ꝯtẽplat̃: ergo non eſt p̄n̄ᵐ mot⁹ ꝓceſſiui. De rõne pmo ponit ꝯclõnẽ cũ inquit. At ꝟo neqꝫ intellectiuũ, ⁊ vocat⁹ intellꝰs eſt mouẽs: hęc eſt ꝯclõ in gñe. Per ſpẽꝫ ꝟo ponit ꝯclõnẽ ⁊ rõneꝫ, cũ inquit. ſpeculatiu⁹ qdeꝫ.n. cũ ſupple ſpeculabile ꝯſiderat, nihil intelligit opabile: neqꝫ dicit de fugibili, ⁊ pſequibili aliqd ſupple in pticulari: ſꝫ ſoluꝫ ſpeculando vlẽ ꝯſiderat, hęc eſt ſylli minor. Deinde ſubſcribit maiorẽ cũ inquit: ſemper aũt mot⁹ aut fugiẽtis, aut pſequẽtis aliqd in pticulari ẽ, eſt ergo hęc vis maioris, ſubaudi ꝯclõnes, ergo intellꝰs ſpeculatiu⁹, cũ aliqd ſpeculabile ſpeculat̃: nõ eſt ꝓceſſiui mot⁹ p̄n̄ᵐ. ℂ Aiaduerte quo ad ꝟba: ꝙ antiquę tranſlationes ſic habent̃. [At ꝟo neqꝫ rõnatiua, ⁊ vocat⁹ intellectus eſt mouens] ⁊ Auerroes loco rõnatiuę habẽs cogitatiuã, exponit per rõnatiuam ſiue cogitatiuã, itellectuꝫ ſpeculatiuũ: per vocatũ intellm̃ exponit itellm̃ opatiuũ, qui practicus dr̃. Sed in gręcis codicib⁹ nõ ſic hr̃: legit̃ eniꝫ ſic, at ꝟo neqꝫ noeticũ, ⁊ vocatus intell's eſt mouẽs: modo noeticum gręce nõ rationatiuũ: ſed intellectiuum ſonat apud nos: ideo itellige ſic, at ꝟo neqꝫ itellectiuũ, ⁊ qui ſupple cõmuniter ab oib⁹ intellect⁹ vocatur, eſt mouens: quib⁹ in verbis vlẽm cõcluſionem intelligit, vꝫ, ꝙ totale p̄n̄ᵐ ꝓceſſiui mot⁹ nõ ſit intell's. quia nec theoreticus, nec practicus, deinde ꝓbat ꝙ ꝯtẽplarius intellectus

Auẽ Auer. cõmẽ.46°.

cõſiderãs opabile ſpeculatiue, vz, qd eſt, ⁊ in vlĩ, non eſt totale ꝓceſſiui mot⁹ pn̄ᵐ: naz fieri põt vt operabile cõſideret. ſ. fugibile: ⁊ proſequibile ſpeculando illa qd ſint in vlĩ: ⁊ tñ nec fugã ꝑcipit, nec ꝓſecutionẽ: vt cum in vlĩ aliquã rez terribilẽ ↄſiderat qd ſit. v. g. vt Themiſti⁹ ingt, terremotũ, aut trucẽ, ⁊ mamã ſiuem beluaz, ⁊ id genus. Siĩi rõne põt delectabilez rez ↄſiderare in vlĩ qd ſit, vt fornicationẽ, aut venationẽ: ⁊ tñ hec ↄſiderãs nec fugam ꝑcipit: nec ꝓſecutionẽ. Uidemus. n. (vt Auer. ingt) intellectũ rez aliquã terribilez aut delectabilẽ apprehẽdere, nõ ꝑꝑ hoc in hoĩe timor, aut delectatio ſeqĩ. Metcorologicus eñ ↄtẽplaĩ terremotũ, diluuiũ, ⁊ cetera timoroſa: ⁊ tñ hõ tunc nõ fugit. Similr moralis cõſiderat fornicationẽ, qui tñ nõ fornicat. Sed tũc (vt inquit Auer.) hõ timebit, cũ cor motu timoris mouet: tũc vo delectabiĩ, cũ aliqua alia pars, vz, iecur delectationis motu moueĩ: que rõ docet nõ intellm eſſe ꝓceſſiui mot⁹ pn̄ᵐ, ſed vim aliquã exiſtem in corde, vel in iecinore, vt voluit Plato: qui in corde pn̄ᵐ fugiẽdi poſuit, ⁊ iecinore proſequendi.

Anẽ Auer. cõmẽto 46°.

meta[et] lib. p̄mo. Diximus enim omnē intelligētiā vt aīa eſt, eē phyſicę cōſiderationis. vt itellectus ꝟo, eſt metaphyſicę rōnis: veꝝ de re hac in multis locis abūde diximus. ¶ Philoponus hic ſoluit dubiū de talpa: quę quęrit cibū procul, ⁊ nō habet viſuꝫ, ⁊ de verme: qui mouetur ⁊ caret viſu. Rñdet ꝙ talpa habet viſum, ſed tenui tunica opertū ꝓpter ꝯtinuam ſub terrā latitationē. item de verme dicit ꝙ natura ob mollitiē indigētiaꝫ ſuppleuit, naꝫ ſui corporis mollitie diſcernit, ac ſi videret: ſicq; poteſt dici de alijs multis animalibus.

¶ Fieri aūt nequit: vt corpoꝝ qcq̄ mobile atq; ortuꝫ aiam qdē habeat diſcernētēq; mētem, ſenſu aūt vacet. Cur.n.non habebit? aut enim aiae: aut corpi idipſuꝫ melius erit. At: neutri videt̄ melius eſſe. illa nāq; ob hoc nō intelliget magis: illud auteꝫ nō ob idipſum magis ꝓſiſtet. Nullum igit̄, vti diximus, nō immobile corpus: habet aiam abſq; ſenſu.

Text.c.61. ¶ Nō pōt aūt corpus hr̄e aiam qdē, ⁊ itellm̄ diſcretiuū, ſenſum aūt nō hr̄e nō māſiuū exiſtens: gn̄abile autē. at ꝟo neq; ingenerabile. Quare eniꝫ non hēbit? aut.n. aīę melius eſt, aut corpi. Nūc aūt neutrū eſt. hęc qdeꝫ eniꝫ nō magis intelligit: hoc autē nihil erit magis ꝓpter illud. Nullum ergo habet animā corpus non manens, ſine ſenſu.

COMMENTARIVM.

¶ Dictum eſt datū eſſe aiali ſenſum, vt per ipm̄ diſcernē poſſit in eligēdo cibum vtilia, ab inutilibus, ſalubria, ab inſalubribus, corruptiua a ꝯſeruatiuis. Contra videt̄ ad hoc in aliqbus aialibus ſufficē intellectū diſcretiuuꝫ: hoc enim duce, poſſit aialia huiꝰ hęc oia ſufficiēter diſcernere: ergo in hoībus videntur ſenſus ſuperflui. Rñdit ergo fieri nō poſſe, vt corpus habeat animā, ⁊ diſcretiuum intellectuꝫ: ⁊ ſenſu careat, ſi eſt aial progreſſiuū ⁊ gn̄abile. Unde inquit. Non poteſt aūt corpus hr̄e animā, ⁊ intellectū diſcretiuū, ſenſum autem nō hr̄e: ſi non māſiuum eſt, ſed greſſiuum, gn̄abile autē: hoc eſt ſi eſt progreſſiuū, ⁊ gn̄abile. ¶ Sed verba illa [at ꝟo neq; ingn̄abile] ⁊ reliqua, Themiſtius cui non parua fides adhibēda eſt, ſic legit, at ꝟo non ingn̄abile, quaſi dicat, qḋ dictum eſt de gn̄abili: non oportet dici de ingn̄abili: qa ingn̄abile habere poteſt animā ⁊ intellectuꝫ diſcretiuū, id eſt diſtincte appręhēſiuum: ⁊ ſenſu carere, vt cęlum. ⁊ ita neq; pro non legēduꝫ eſt, Deinde verba illa. [Quare enim nō habebit] legēda ſunt, ſic: nam cur ne habebit, quaſi dicat, nam ſi habet ad quid ne hr̄e ſenſum vtile erit: ⁊ tūc verbū, nō, pro ne interrogatiue legēdum eſt: ⁊ hoc pacto ꝟba gręca nō corrūpūtur. Qḋ ꝟo ad nihil ingn̄abili corpore aiato ſenſum hr̄e vtile ſit: ꝓbat Ariſtoteles: quia non ꝯfert illi ad intelligēdum: cum corpus cęleſte intelligat per eēntiam ſuę animę: ⁊ nō per ſpēs acquiſitas a ſenſibilibꝰ. nec confert illi pro ꝯſeruatione, quia ex ſenſu cęlum non magis vel plus ꝑdurabit: nō enim eget cibis, quos mediāte ſenſu diſcernat: tunc dat eam ꝯcluſionē, quam ſupius dedit, ⁊ inquit. Nullum ergo corpus: ſcilꝫ gn̄abile, non manēs, ſed ꝓgreſſiuuꝫ animā habet ſine ſenſu: ingn̄abile ꝟo bene habet animā ſine ſenſu. Hęc eſt expoſitio Themiſtij, quā Auerroes ſeq videt̄. ⁊ nō eſt extorta: ſed gręcis verbis cōueniēs: nam hęc ꝯcluſio ſic legitur: nullū ergo corpus gn̄abile, ⁊ progreſſiuuꝫ hr̄e poteſt animā ſine ſenſu: ingn̄abile ꝟo mobile poteſt habere aiam ſine ſenſu: ⁊ ſic hęc ꝯcluſio ſequit̄ ad oia, quę dixit. ¶ Thomas ꝟo qui in textu omneꝫ facilitatē vult eſſe cōſiderādam, ⁊ omnē violētiam eſſe explodēdam: vult Ariſtotelē duo feciſſe: quoniaꝫ p̄mo cum ꝓbare dicit gn̄abile corpus ⁊ mobile nō poſſe animā hr̄e, ⁊ intellectū diſtincte appręhēſiuuꝫ, quin ſenſum habeat: nec hoc ꝓbat, ſed tanq̄ ex dictis ꝓbatuꝫ aſſumit: ſupius enim ꝓbauit animā talis corporis intelligē non poſſe ſine phātaſmate. Secūdo dicit cum ꝓbare corpus ęternuꝫ hr̄e non poſſe animā ⁊ intellectū diſcretiuū, ⁊ ſenſu carere: ⁊ per intellectū diſcretiuuꝫ intelligit intellectū appręhēſiuū ſingulariū. Unde Platonici dixerūt eſſe dęmones corpeos aiatos, eoſq; hr̄e intellectuꝫ diſcretiuū, ⁊ corpora ęterna, vt Apulleius aſſerit, ideo Ariſtoteles ſecūdo ꝓbat tale dęmonicuꝫ corpus, lꝫ ęternuꝫ: hr̄e non poſſe animā ⁊ intellectū diſcretiuū ſine ſenſu, dico intellectuꝫ diſcretiuū, quia corpus ęternuꝫ, vt cęlum: habet intellectū ſine ſenſu: quoniā cęleſtis intellectus nō eſt diſcretiuus, hoc eſt ſingulariū ꝑceptiuus, ſed per eēntiam apphēſiuus: at nulluꝫ corpus ęternū hr̄e poteſt animā, ⁊ intellectū ſingulariū apphēſiuum, ⁊ carere ſenſu: ⁊ hoc ꝓponit, at ꝟo neq; corpus ingn̄abile poteſt hr̄e animā, ⁊ intellectū diſcretiuū, ⁊ ſenſu carere. Deinde ꝓbando hoc, ⁊ quęrit: quare enim tale corpus ſenſuꝫ nō habebit: aut enim iſtud non hēre eſt aīę melius: aut corpori: ⁊ ꝙ nec aīę, nec corpori ſit melius nō hr̄e ſenſuꝫ: ꝓbat, ⁊ p̄mo ꝙ nō ſit animę melius: nā aia huiuſmodi corporis carētia partis ſenſitiuę, nec melius, nec magis itelligit: immo carētia talis partis non ꝑcipit ſingularia diſcretiue: quę Platonici illam percipē aſſerunt. Qꝫ ꝟo hęc carētia corpori non ſit melior, ꝓbat, quia ex tali carentia corpus non diutius ꝑdurat uruꝫ eſt: ergo vl̄iter cōcludit nullū corpus mobile aiam hr̄e poſſe ſine ſenſu, ſiue illud ſit corruptibile, ſiue incorruptibile, ſi modo ſit mobile, ⁊ intellectū habeat diſcretiuuꝫ. ¶ Hęc expoſitio vt recte Expoſitor cōſiderauit, nullaꝫ ponit in ꝟbis Ariſtotelis extorſionē: nec violētiam: tamē in re ponit nō leuem dubitationē. Eſt enim dubiū primū, vtruꝫ aia in tali corpe melius itelligat ſine ſenſu: videt̄ ꝙ melius: qa, vt Auerroes in cōmēto argumētat̄ ſenſus potius impedit intellectionem, q̄ illi cōferat: facit enim intelligibile nō intelligi niſi per ſpeciē, ⁊ non per eēntiam, ⁊ ita intellectio eſt obſcura atq; nocturna, intellectio ꝟo: quę ſit ſine ſenſu, eſt intuitiua, ⁊ matutina. ergo ſenſus itelligēti potius impedimēto erit. ¶ Secūdo dubiū eſt, quia ſenſus nō facit ad ęternitatē eius, cuius eſt ſenſus: nam (vt Auerroes inquit) ſenſus in maiori pte non eſt cauſa lōgitudinis vitę, ⁊ ꝑpetuę durationis: qa omne hn̄s ſenſum eſt mixtuꝫ, ⁊ ita corruptibile. ergo hęc expoſitio facit dubitationē in re. Propterea expoſitio Themiſtij vr̄ magis ꝯueniens, qm̄ nec ꝟbis, nec rei diſſona eſt, ſi ꝟba legantur, vt diximus. ¶ Egidius fingit ſm̄ Pla. aiam itellectiuā hr̄e duplex corpus, tenue alteruꝫ, atq; ęternū aīę ipſi ꝓportionatū: craſſum alteꝝ ⁊ mortale: aīę diſproportionatū, aiaſtico ꝟo corpi ꝓportionatum. Ait illud tenue eē ęternū: qa ęterna forꝰ nō pōt eē actus corpis corruptibilis imediatus: alterū ꝟo craſſuꝫ, mortale, ꝙ aia ęterna mediāte corpe ęterno hū eſſe pōt forma corpis mortalis. Cōtra ḡ hāc opinionē Egid. dicit Ari[us] log, dicit enim nullū corpus hr̄e poſſe aiam itellectiuā ſine ſenſu: ſiue tale corpus ſit tenue, ⁊ ęternū, ſiue craſſum, ⁊ mortale. Ueꝝ ad argm̄ Pla. rñdet ęternā forꝫ poſſe eſſe actū corpis corruptibilis, non imediate: ſed mediāte diſpōne corruptibili. Quę rñſio, ⁊ expoſitio dubia eſt. expoſitio qdē, qꝛ Plato tale corpus mediū tenue, ⁊ imortale nunq̄ ſomniauit: potiſſimū cum ęternū eē nō poſſit. rñſio ꝟo: qꝛ pari rōne nō videt̄ forꝰ ęterna eē actꝰ diſpōnis corruptibilis, vel corpis

Cōtra Egi. ad mēte Plat.

corruptibilis mediāte diſpōne corruptibile:eadē.n.queſtio erit de corpe,ꝛ de diſpōne. Propterea ad argm̄ illō, quo ꝓbarē tale corpus mediās,dico formaʒ ęternā bn̄ poſſe eē corpis mortalis actum,qm̄ nō eſt ęterna ſimplr vtraqʒ ex pte.nā qm̄ incipit nō ante corpus,pōt ipa ęterna a pte poſt eſſe actꝰcorpis ſimplr mortalis.¶ Ex his, quę Ariſtoteles dixit,Them̄.deducit aiataʒ nām extrema ſiue pte vtraqʒ ſine ſenſu eē:extrema ſunt,cęlū,ꝛ plātę.Carēt plātę ſenſu/pꝛę ignobilitate,ꝛ craſſamēto naturę . Caret ꝛ cęluʒ:nobilitate,ꝛ nāę excellētia. P̄.Plāta ſenſu caret, qꝛ paul cibū non q̄rat:cęlū vo,qꝛ cibo nullo pacto egeat hęc Them̄.verū ſi plātę ſenſum habeāt 2ꝰbuꝰin Collectaneis diſputauimus:ꝛ in h̄ 3ꝰpaulo ſupius.Si vo cęlū, in liᵒ de ſba orbis,ꝛ in liᵒ de cęlo.¶ Sʒ quo ad vba atti net,debes ſcire qꝛ vba illa⌊ quare nō hēbit⌋ duplr repiū tur in gręcis codicibus,vnoꝰ affirmatiue,ſic q̄re hēbit,ꝛ ſic exponit hęc Alex.Eſt.n.ſenſus cum cęleſte corpus ſit ingn̄abile,cur habebit ſenſuʒ. Ur̄.n.qꝛ nō debeat hr̄e,qꝛ vel erit corpi cęleſti bonū:vel eius aię.nō corpi,qꝛ lʒ ſenſus ꝯferat his,quę hn̄t mortalia corpa:quatenus per eos ꝯſeruant̄ a pcipitijs,ꝛ quęrūt cibos pcul:cęlo cuʒ ſit corpus imortale,nō ꝯfert.nō aię:quia ſenſus ſunt vtiles aię pro ſcia vl'iuʒ:vt.ſ.acgrat̄ ex ſenſibus.at cęleſtis aia per eēntiā ſcit.¶ Alioꝰ vba illa legunt̄ cū negatione vt in codicibꝰnr̄is:ꝛ ſic Plutarchus legit. Interrogat.n.cuʒ cęlū ſit ingn̄abile cur nō habebit ſenſuʒ. Rn̄det ſm Plutarchum,an aię meliꝰ eſt:ꝛ corpi.Huc aūt vtrūqʒ eſt,hęc q dē eniʒ.ſ.aia magis itelligit ſup.ſi cęlū hʒ ſenſus,qꝛ pticularia,ꝛ vl'ia,ꝛ nō impedit̄ ab itellectione vl'iuʒ,ex eo qꝛ ſentit ſingularia. Hoc aūt.ſ.corpus erit magis.ſ.ꝑfectius pp illud h̄ eſt pp hr̄e ſenſus,qꝛ ſenſitiuū meliꝰeſt nō ſenſitiuo.Propterea ꝯcludit nullū g̊ hʒ aia corpus manens ſine ſenſu.qꝛ aia cęleſtis,ꝛ aia aialis,pgreſſiui,ꝛ cuiuſlibʒ aialis hʒ ſenſum. Sic igit̄ Plutarchus vba oia legit affirmatiue.Alexr̄ vo negatiue,vt patuit. ¶ Digredit̄ aūt hic Philoponus vtrū cęleſtia habeāt ſenſus. Qꝛ cęleſtia habeāt aiam itellectiuā,ſiue itellm̄,platonici,ꝛ ꝑipathetici ꝯcordāt,ſed de ſenſibꝰ differūt.Platonici qdeʒ cęleſtibꝰ ſenſus tribuūt:ꝑipathetici vo remouēt.¶ Pro ꝑipatheticis argumētat̄,ꝓ qꝛ ſi cęleſtibꝰſenſus ineēnt,eēnt paſſibilia:deducit̄,qꝛ ſubiectū ſenſus eſt paſſibile.¶ Rn̄det Philoponus pro Platonicis,qꝛ in nob ſenſitiua potētia patiēte ibi dō indicat ſenſibilia:in cęleſtibus potētia ſenſitiua indicat ſenſibilia ſine paſſione ſubei:cęluʒ.n.corpus eſt impaſſibile,nr̄m corpus vo paſſibile. Hic ſolone ꝓbat,qꝛ ſi aer ꝛ aqua ſine paſſiōe pn̄t miniſtrare ſpēs ſenſibiliū ſenſibus:ꝛ illas recipe nulla corruptiōe accīte in ipſis,cur cęleſtia ſine eoꝝ paſſione ſenſibiliū ſpēs recipe nō pn̄t.¶ 2ᵒ pro ꝑipatheticis argumētat̄ Philoponus, qꝛ ſi cęleſtia hn̄t ſenſum,hr̄ent tactū . Eſt.n.tactus p̄mus oium ſenſuū.P̄.Tactꝰ eſt deterior cęteris,modo vbi eſt melius,erit deterius. At nō hn̄t tactū,qꝛ ſic eſſent mixta ex ꝯ̄rijs.¶ Rn̄det iteruʒ pro Platonicis,qꝛ neceſſe eſt cęleſtia hr̄e tactuʒ/qꝛ lʒ in nobis deteriora ꝑcedāt meliora:vel ſimul ſint.In illis tn̄ Ariſtoteles met ſmonē huc reprobauit.dixit.n.illa hr̄e intellectiuū ſine ſenſitiuo,ꝛ vegetatiuo.g̊ non eſt verū vl'iter,qꝛ vbi eſt melius ſit deterius. ¶ Tertio pro ꝑipatheticis iterū argumentat̄:ſi cęleſtia hr̄ent ſenſus,hr̄ent inſtrā:ois eniʒ ſenſus per inſtrm̄ operat̄.At cęleſtia nō hn̄t inſtra : ſunt enim omiomera ac ſimilaria. ¶ Rn̄det pro Platonicis,qꝛ non opʒ vt ſemꝑ cōpręhēſio ſenſibiliū fiat per inſtra.naʒ in nobis ſenſus cōis exiſtēs in vno ſpiritu cognoſcit ſenſibilia qnqʒ ſenſuū. P̄.Irrōnalis vtus per vnū ſpūm oia ſenſibilia cōpręhēdit.g̊ cęlū pōt hr̄e ſenſus cum vniformitate corpis.etiam g̊ ſenſus,q̄s habet,toti cęlo corpali.¶ Quarto argumētat̄ pro ꝑipatheticis iterū,qꝛ viuēti,vt viuēs ſenſus non ſunt neceſſarij,vt plātę indicāt,quę vitā hn̄t,ꝛ nō ſenſuʒ. ¶ Rn̄det,qꝛ viuēti vt eſt viuens,ſenſus neceſſarij non ſunt,ſed viuēti ꝑfecto ſunt neceſſarij nō ad viuēdū,ſʒ ad excellētiaʒ.¶ Quinto argumētat̄ pro ꝑipatheticis ſi cęleſtia hr̄ent ſenſus/haberent deſideriū,vbi deſideriū,ibi ira,ꝛ voluptas,ꝛ triſtitia:at abſurdum vr̄ dicere cęleſtia iraſci,triſtari,ꝛ deſiderare,qꝛ tunc corrūperent̄.¶ Rn̄det pro Platonicis ꝯcedēdo cęleſtia hr̄e deſideriuʒ,quo deſiderāt imitari p̄ꝰ mētē:tale eniʒ deſideriū omni enti ineſt.qꝛ vnūqdqʒ appetit aſſimilari deo,aut oino,aut aliqua ex pte.Iram vo nō hn̄t:nō enim opʒ vbi eſt deſideriū,eē iram. Zoophyta enim hn̄t deſideriū,ꝛ triſtant̄ ꝛ letant̄,nō tn̄ iraſcunt̄.pn̄t g̊ cęleſtia hr̄e deſideriū/ꝛ non iram:nec opʒ vbi eſt deſideriū,ibi eſſe triſtitiā,niſi illud deſideriū ſequat̄ tactū:ſicut nō ſequit̄ in cęlo. ¶ Sexto argumētat̄,qꝛ ois ſenſus ſit ad exteriora:ſed ex̄ cęluʒ nihil eſt,ergo nō pn̄t cęleſtibꝰ ſenſus ineſſe.¶ Rn̄det pro Platonicis ex̄ cęlū deorſum eſſe ſenſibilia:ꝛ illa ſentiūt. Platonici g̊ aſſerūt cęleſtia hr̄e ſenſus nō ꝓpter neceſſitatē,ſʒ ꝓpter vtilitateʒ,ꝛ excellētiā.Propter vtilitatē qdeʒ,qꝛ ſunt vtiles aię,qꝛ per illos appꝛhēdit ſingularia,ꝛ terrena.Propter excellētiā vo,qꝛ ſunt de excellētia corporis nobiliſſimi:verū libro de ſubſtātia orbis rem hāc diſputaui,nūc vo de re hac hactenus.

¶ Atq ſi ſenſum hʒ:neceſſe eſt ipm vel ſimplex corpus/vel mixtū eē.Sed fieri nō pōt:vt ſit ſimplex.nō eniʒ hēbit tactū.At hūc ſenſuʒ ineē neceſſe eſt.

¶ At vo ſi ꝛ ſenſuʒ habet:neceſſe eſt corpus eſſe aut ſimplex,aut mixtuʒ.Impoſſibile aūt eſt ſimplex eſſe.tactuʒ enim nō haberet. Eſt autem neceſſe hunc habere. Tex.c.62.

COMMENTARIVM.

¶ Expoſitores ſequētes Themiſtiū volūt qꝛ Ariſtoteles probet,qꝛ ſenſus ſit neccīus oibus aialibꝰ,ad hoc vo oſtēdē volunt qꝛ Ariſtoteles ꝓponat duo.Quoꝝ p̄m̄ eſt,qꝛ ſi aial ſenſum habet,eius corpus neceſſe eſt eſſe aut ſimplex : aut mixtū.Scōm,qꝛ ſi aial ſenſum habet,ipoſſibile eſt eius corpus eē ſimplex.ꝓbat,qꝛ tactū nō hr̄et,modo neceſſe eſt vt omne aial habeat tactū. Hęc ergo duo dicunt Expoſitoꝛ aſſerit Ariſtotelem ꝑſumere. ¶ Philoponus vo aſſerit,qꝛ cum Ariſtoteles diuiſiſſet aialia a plātis:ꝛ a cęleſtibꝰ, nūc vult diuidere aialia iter ſe, Et p̄mo ponit eoꝝ cōuenientias. Scōo eoꝝ dr̄ias.vocat auteʒ aialia ꝓgreſſiua,ꝛ zoophyta aialia cōiter,qa vtriſqʒ competit aialis diffinitio:quę eſt ſubſtātia aiata ſenſitiua. ¶ Quātuʒ ad p̄muʒ vult ꝓbare ſm Philoponū,qꝛ neceſſe eſt omne aial hr̄e ſenſum tactus.Ante tn̄ q̄ꝫ hoc ꝓbat,inuit tres ſyllos,primus eſt,ſi neceſſe eſt corpora,quę hn̄t ſenſum,velut aialia,aut ſimplicia,aut cōpoſita eē.non ſunt ſimplicia/igit̄ ſunt cōpoſita.Qꝛ ſint cōpoſita fiat ſcōs ſylls:ſi nō eſſent cōpoſita/nō hr̄ent tactū,qa vbi eſt tactus,ibi eſt mixtio, ſiqdeʒ ex qbus eſt,hęc tangit . Tāgit aūt multa:ergo neceſſe eſt hr̄e tactuʒ.Qꝛ habeat tactū ꝓbat̄ alio ſyllo ſic,ſi aial eſt corpus aiatuʒ,omne aūt corpus aiatum tāgibile eſt:omne aūt tāgibile tactuʒ cōpręhēdit.g̊ tactꝰ eſt in nobis.hi ſunt tres ſylli.Ariſtoteles ergo innuens p̄m̄ ſyllm̄,iteruʒ quaſi tres facit.Unde dicit. At vo ſi ꝛ ſenſum habet,neceſſe eſt corpus eē/aut ſimplex/aut mixtū.Hic eſt p̄mus ſylls.Secūdus nō poſſibile eſt eē ſimplex:tactū eniʒ nō hr̄et.Tertius ſylls,eſt aūt neceſſe ipſuʒ hr̄e. Hęc ergo ꝑmittit ſm Philoponū:in qbus innuit totā vim p̄mi ſylli.

¶ Fortaſſe Ari^{les} volẽs ꝓbare ꝙ neceſſe eſt ſenſuz ineẽ oibus aialibus, ꝓmittit tres ſuppõnes. Quaꝝ pma eſt, ſi aial habet ſenſuz, neceſſe eſt eius corpus eẽ, aut ſimplex, aut mixtuz. Secũda vero eſt, corpus aialis hñtis ſenſum, nõ põt eẽ ſimplex, q2 ſi eẽt ſimplex, nõ haberet tactum. Tertia ſuppoſitio eſt, neceſſe eſt omne aial hñe tactũ: ad quid vero ſeruiãt ſuppõnes iſtę, in ſequẽtibus oſtẽdetur. ¶ Uel dici põt ꝙ Ari^{les} in his tribus ꝓpõnibus poſuit ſuã intẽtionez, vt Expoſitor inqt. Eſt enim ſua intẽtio ꝓbare, ꝙ omni aiali inſit ſenſus, quam intẽtionẽ in his tribus ꝓpõnibus collocauit: q2 ſi omni aiali ineſt tact^{9}, vel guſtus, omni aiali ineſt ſenſus, ideo ſumit omni aiali ineſſe tactũ: deinde omni aiali ineẽ aliquo pacto guſtuz q2 ex his ſtatim habeẽ omni aiali ineſſe ſenſuz. ¶ Melius aũt cuz nouo Expoſitore, Ariſtotelẽ dicẽdũ eſt duo premittere. Quoꝝ p^{m} eſt, ꝙ ĩpoſſibile eſt corpus aialis eſſe ſimplex: ⁊ hoc inqt. At vero ſi et ſenſum habet, neceſſe eſt eius corpus eſſe, aut ſimplex, aut mixtuz / ſuppoſita hac hypothetica eligit primũ ꝓbãdũ, cum dicit. Impoſſibile aũt eſt eius corpus eſſe ſimplex / q2 nõ hẽt tactuz: hoc eſt primũ. Deinde dat ſcdm, ⁊ dicit. Eſt aũt neceſſe hũc: ſcilz tactuz hẽe, ⁊ hoc eſt ſcdm. Hęc ergo duo vult declarare. ſ. ⁊ ꝙ impoſſibile eſt aialis corpus eẽ ſimplex: ⁊ ꝙ neceſſe eſt omne animal hẽe tactum.

¶ Qđ quidez: ex hiſce perſpicuũ euadere põt. Nam cum aial omne corpus ſit animatũ corpuſqz omne tãgibile ſit / tangibile autem ſit id qđ eſt ſenſibile tactu: neceſſe eſt ⁊ aialis corpus vim habeat ſentiẽdi tãgendo / ſi debeat ipſuz aial ꝯſeruari. Caeteri nãqz ſenſus / per alia quaedam externa ſentiũt: odoratus inquã / viſus / ac auditus. tãgens autẽ niſi ſenſum habeat: nõ poterit alia quidez fugere / alia aũt capere, Qđ ſi ita ſit: fieri nõ põt vt ipm aial ꝯſeruet.

Tex.cõ.63 ¶ Hoc aũt ex his manifeſtum eſt, Oĩ enim aial, corpus animatũ eſt, corpus autẽ omne eſt tãgibile, tãgibile autez qđ ſenſibile tactu: neceſſe eſt ⁊ aialis corpus tactiuũ eſſe, ſi debeat ſaluari aial. Alij eniz ſenſus per alia ſentiunt, vt olfatus, viſus, auditus. tangẽs autẽ, niſi habeat ſenſum, nõ poterit hęc quidẽ fugere, illa autẽ accipere. Si vero hoc: impoſſibile eſt ſaluari animal.

COMMENTARIVM.

¶ Duo ꝓpoſuit, quoꝝ primũ erat, ꝙ corpus aialis ĩpoſſibile eſt eſſe ſimplex. Scdm vero ꝙ omni aiali neceſſe eſt ineſſe tactũ. Nũc ꝓſequit̃ ſcdm, ⁊ ꝓcedit reſolutorie (vt Philoponus innuit) ꝓponit tamẽ pmo illud, qđ vult ꝓbare, ⁊ dicit. Hoc aũt. ſ. ꝙ oibus aialibus inſit tactiuuz ſiue tactus, ex his, quę ſtatim dicemus / manifeſtuz eſt: deinde ꝓſeqt̃ a pmo ad vltimũ ſyllogiçãs, dicẽs. Quoniaz enim aial eſt corpus aiatũ, corpus aũt. ſ. aiatuz omne eſt tãgibile, ergo ſupple aial eſt corpus tãgibile. Eſt eniz ſyllogiſmus, omne corpus aiatum. ſ. gñabile ⁊ corruptibile (de h eiz loqmur) eſt tãgibile, omne aial eſt corpus aiatum gñabile. ergo omne aial eſt tãgibile. Ultra tãgibile aũt omne, eſt corpus qđ eſt tactu ſenſibile, vt mixtũ ex calido, frigido, humido, ⁊ ſicco. omne aial eſt corpus tãgibile. g̃ omne aial eſt mixtũ ſenſibile ſenſu tactus. Deinde facit tertiũ ſyllm hypotheticũ hoc pacto / ſi aial debet ſaluari, debet eſſe tactiuũ, ſed aial debet ſaluari, ergo de facto debet eſſe tactiuũ. Maiorẽ ꝓbat, cum dicit. Alij eniz ſenſus p alia. ſ. extranea, ⁊ remota media ſentiũt ſua ſenſibilia vt olfatus odorabilia / viſus viſibilia / auditus audibilia. At tangẽs, niſi habeat ſenſum quo ſentiat tãgibilia, quę poſſint ipm corrũpere, ⁊ quidẽ de ꝓprimo / nõ poterit hęc quidẽ illoꝝ fugere, atqz euitare, illa aũt accipere vt vtilia, ⁊ vitę ꝓficia. Minor vero pz ex dictis, aial enim cum ſit mixtuz tãgibile, vt ꝓbatuz eſt, debet ſaluari, ⁊ ꝓſeruari ne corrũpat̃ ante tẽpus ſuę corruptionis. ꝓpterea dicit. Si vero hoc fuerit, vt. ſ. ꝙ nec aial fugit, nec ꝓſeqtur vtile / ĩpoſſibile eſt ſaluari certo dato tpe. ergo ſi debet ſaluari certo dato tẽpore / debet hẽe ſenſum, quo poſſit diſcernẽ ꝑniciosum / ⁊ aſſeq vitale, talis aũt eſt tactus, ſolus enim hic diſcernit hęc de ꝓprimo. ¶ Quo vero ad vba attinet, aiaduerſione dignũ duplex eẽ necẽium, ſimpliciter, ⁊ ex cõditione, aial hẽe tactũ ⁊ eſt ſimplr neceſſarium, aliogn aial non eẽt aial, ⁊ eſt necẽium ſi debeat certo tẽpore viuere. Quia igit̃ hic ꝓbauit aial debẽ hẽe tactuz necẽio neceſſitate cõditionis, ideo rem hãc ſyllo hypothetico ꝓbauit. ſ. ꝙ ſi aial debeat ſaluari, neceſſe eſt hẽre tactum. accipit autẽ ꝙ debeat ſaluari certo dato tpe, q2 eſt mixtũ corruptibile ⁊ gñabile. Hęc de textu.

¶ Quapropter ⁊ ipſe guſtus: quaſi tactus eſt qdam. eſt enim: alimẽti ſenſus. at alimẽtum: corpus eſt qđ tactu percipit̃. Sonus autẽ ⁊ color ⁊ odor: non nutriũt nec accretionem decretionẽue faciũt. Quare neceſſe eſt ipſum guſtuz tactũ quẽdam eſſe: quia rei tãgibilis ac nutritiuae eſt ſenſus. Hi igit̃ ſenſus: neceſſarij ſunt aiali. atqz perſpicuum eſt: fieri nõ poſſe vt ſit animal abſqz tactu.

¶ Quapropter ⁊ guſtus eſt vt tactus qdaz. alimenti enim eſt. alimẽtuz aũt corpus tãgibile eſt. Sonus autem, ⁊ color, ⁊ odor, non alunt, neqz faciũt augmẽtuz, aut decremẽtũ. Quãobrẽ, ⁊ guſtũ neceſſe eſt tactũ, eẽ quẽdam, q2 tãgibilis ⁊ vegetatiui ſenſus eſt. Hi igit̃ neceſſarij ſunt aiali, atqz manifeſtuz eſt, ꝙ nõ eſt poſſibile ſine tactu aial eſſe. Tex.cõ.64

COMMENTARIVM.

¶ Propoſuit tactũ eẽ necẽiuz aialibus, obiter quaſi digrediẽs ꝓbat guſtũ eſſe necẽium aialibus eadẽ rõne, qua tactus eſt aiali necẽius. eſt eniz tactus necẽius aialib^{9}, ſi aial certo tẽpoꝝ ſpatio ſuari debeat, hac etiaz rõne ⁊ guſtus necẽius eſt oibus aialib^{9}, q2 guſtu diſcernit alimẽtũ cõueniẽs, ⁊ refutat alimẽtũ ꝑniciosum. Unde dicit. Quapropter ⁊ guſtus eſt, vt tactus qdaz. ſ. inquãtũ eſt ſenſus alimẽti diſcernẽs bonuz a nõ bono, ꝑniciosum a ſalutifero. Modo ꝯſtat alimẽtũ eẽ quoddã tãgibile, ergo eius ſenſus eſt qdã tactus. Quia vero qs poſſet dicere cęteros ſenſus eẽ quodã modo guſtũ / vel tactũ, hoc excludẽs, dicit. Sonus aũt ⁊ color, ⁊ odor, nõ alunt, neqz faciũt augmẽtuz, aut decremẽtum: ⁊ ſic ſenſus eoꝝ nõ pñt dici guſtus vel tactus. ꝓpterea repetit qđ dixit, cũ inqt, Quãobrez ⁊ guſtũ neceſſe eſt tactũ quẽdã eſſe, q2 eſt ſenſus tãgibilis ⁊ vegetatiui h eſt nutritiui, qđ eſt tãgibile. ¶ Philoponus aũt dicit Ari^{lem} hic oſtẽdiſſe guſtũ eẽ tactũ quẽdam obiter, q2 cum dixit, ꝙ tact^{9} ſolus ſuſcipiẽs ſentit, poſſet qs dicere, ꝙ guſtus etiã ſuſcipiẽs ſentit, ideo dixit, ꝙ guſtus eſt vt qdaz tact^{9}: q2 imediate ſentit veluti tact^{9}, ⁊ id, qđ ſentit, eſt qđdam tãgibile. Reſoluit aũt Philoponus hunc textuz in tres ſyllos. Primus eſt, ſi tactus eſt aiali necẽius, ⁊ guſtus etiã eſt aiali necẽius: per hũc enim nutriuntur,

mur, guſtus igiť eſt tact⁹. dedit aũt itelligẽ hũc ſyll'm cuꝫ dixit. [Quapropter ⁊ guſtus vt tact⁹ q̃dã eſt.] Secũdus ſyll'us eſt, ꝙ guſtus eſt tactus nutrimẽti, quẽ ponit, cum inq̃t. [Alimẽti eniꝫ eſt. Alimẽtũ aũt corpus tãgibile eſt.] g̃ guſtus eſt, vt tactus. Tertius vo eſt, q̃a guſtus eſt eius, qȯ per ſe nutrit, ⁊ per ſe eſt tãgibile, ſonus autez ⁊ cętera ſenſibilia nõ nutriũt, nec ſunt ſenſibilia. Ex his ergo cõcludit, hi igiť .ſ. tact⁹ ⁊ guſtus necꝭ ſunt aiali atq; manifeſtuꝫ eſt, ꝙ nõ eſt poſſibile ſine tactu aial eẽ. Patet g̃ guſtum eẽ tactũ aliquo modo, ⁊ quatenus eſt nec̃ius ſi aial debeat ſaluari, ⁊ q̃tenus eſt eoꝝ, quę tãgibilia ſunt.

¶ At caeteri ſenſus: boni ſunt gratia. ⁊ definito iam generi nõ cuiuis aialiũ ſine vllo diſcrimine: ſed cuidam vt gradiẽti, neceſſe eſt inſint. nam ſi conſeruari debeat: nõ ſolum tãgendo ſed eminus etiam ſentire ipſuꝫ oportet. Qȯ quidẽ erit: ſi per externũ ſentire mediũ poſſit, hoc pacto vt a ſenſibili quidẽ medium, ab hoc autẽ ipm patiať ac moueať.

¶ Aliĳ autez ꝓpter bonũ. ⁊ generi animaliũ iam, non cuicũq;, ſed cuidam, vt ꝓgreſſiuo, neceſſe eſt ineſſe. Si enim debeat ſaluari, nõ ſolũ oportet tangẽdo ſentire, ſed ⁊ de longe.

Tex.cõ.65 Hoc autez erit ſi per mediũ ſenſitiuũ fuerit, eo ꝙ illud q̃dem a ſenſibili patiať, ⁊ moueatur, ipſum autem ab illo.

COMMENTARIVM.

¶ Sed dices, ſi guſtus ⁊ tact⁹ ſunt aialibus necꝭ, ad quid dati ſunt alĳ tres ſenſus ipſis aialib⁹, quaſi rñdẽs, dicit. Alĳ aũt ꝓpter bonũ, h̃ eſt ad melius eẽ, viſus eniꝫ olfatus, ⁊ auditus nõ ſunt necꝭ aialibus ſimpl'r, ſunt tñ aliq̃bus aialib⁹ dati ꝓpter melius: ⁊ addit, ꝙ ſi aialib⁹ ſint dati ꝓpter neceſſitatẽ ſi debeãt ſaluari, nõ cuicũq; aialium gñi iam, ſed cuidã tñ .ſ. ſolũ aiali ꝓgreſſiuo, qȯ quęrit cibuꝫ a lõge: q̃ tale ꝓgreſſiuũ aial ſi ſaluari debet, nõ ſolũ opꝫ tãgẽdo ſentire, hoc eſt nõ ſolũ debet hr̃e ſenſus, quibus de ꝓpe ſentiat, ſed eos, q̃bus ſentiat ⁊ de lõge, hoc .ſ. ſentire de lõge erit, q̃ſi dicat, qȯ q̃dez ſentire de lõge erit ſi ſenſitiuũ fuerit ſentiẽs per mediũ .ſ. aerem vel aquam, nã cum ſenſitiuũ ſentit per aerem vel aquã aliqȯ ſenſibile, illud mediũ per qȯ ſentit, patiť, ⁊ moueť ab ipſo ſenſibili. Ipm autẽ ſenſitiuũ mouebiť ab illo medio moto: h̃ enim modo ſentire fit a remotis: vt dictũ eſt 2° huius.

¶ Patet g̃ ex his cęteros ſenſus nõ eſſe nec̃ios aiali, vt aial eſt, ſed eẽ dato aialib⁹ ad melius eẽ, vt .ſ. per ipos appręhẽdat plura ſenſibilia. Patet 2°, ꝙ ſi ſint dati aialib⁹ ꝓpter neceſſitatẽ, nõ ſunt dati niſi aialibus ꝓgreſſiuis ſi debẽt ſaluari certo vitę ſpatio: cum hęc aialia quęrant cibos a lõge: hoc pacto expoſuit Them. ¶ Philoponus aũt dicit Ari^lem per hęc demõſtraſſe dr̃iaꝫ iter aialia penes ſenſus. dixit enim ↄueniẽtias, dixit eniꝫ omnia aialia habere tactũ, ⁊ eſſe mixta: nũc vult, vt tangat differẽtiaꝫ, quę eſt, ꝙ quędaꝫ animalia vltra hęc, habẽt cęteros ſenſus propter cauſas aſſignatas.

¶ Nam vt in motu ad locũ accõmodato fieri ſolet, cuꝫ per multa efficiť (primũ nãq; mouẽs: pellit ſenſum, pellendoq; facit vt illud pellat id qȯ deinceps poſt illud eſt collocatũ. fitq; hoc pacto motus: per mediũ. atq; primũ quidẽ: pellit ⁊ nõ pelliť. vltimuꝫ autez: pelliť ⁊ non pellit. mediuꝫ vo: pelliť atq; pellit. ⁊ interdũ plura ſunt media: interduꝫ pauciora) ſic ⁊ in alteratione fieri ſolet hoc excepto dũtaxat, id inquã qȯ alterat eodem in loco manere. veluti ſi quiſpiaꝫ in ceraꝫ tinxerit: vſq; ad id mota eſt, vſq;quo tinxit. lapis autẽ nõ moueť: at aqua ad diſtantiam longã. aer aũt ad lõgiorem moueť, atq; agit ⁊ patiť: ſi maneat, ſitq; vnus ⁊ nõ diuiſus.

¶ Sicut enim mouẽs ſm locum vſq; ad aliquid permutationẽ facit, ⁊ pellens alterũ facit vt pellat, ⁊ eſt per medium motus, ⁊ primuꝫ quidẽ mouens pellit non pulſum. vltimum aũt ſoluꝫ pelliť non pellẽs, mediũ aũt vtraq;: multa autez media: ſic in alteratione pręterq̃ ꝙ manẽs in eodẽ loco alterat, vt ſi quis in ceram tinxerit, vſq; ad id mota eſt, quouſq; tinxit. lapis aũt nihil, ſed aqua vſq; ad procul: aer autez ad plurimũ mouetur, ⁊ agit, ⁊ patiť, ſi maneat, ⁊ vnus ſit.

COMMENTARIVM.

¶ Qm̃ dictũ eſt, ꝙ quędã ſenſitiua per mediũ ſuſcipiũt, oſtẽdo hoc exẽplo ſumpto ab ipa pulſione, ⁊ inq̃t, ꝙ velut in his, quę moueñ ſm locũ quędã ſoluꝫ mouent, vt manus, quę mouet virgã. Alia mouẽt, ⁊ moueñ, vt virga, quę mouet lapidẽ, ⁊ moueť a manu. Alia deniq; mouẽtur tñ, ⁊ nõ mouẽt, vt lapis, qui moueť, ⁊ demũ nihil mouet. Diciť autez (vt Philoponus inq̃t) primũ qȯ mouet tñ, pellẽs tñ: ſumpſimus enim mouẽs pro pellẽte, quare veluti in pulſione, primuꝫ quidẽ pellit tñ: mediũ vo pelliť ⁊ pellit, vltimũ pelliť tñ. ita in his quę ſm alterationem ſunt, ſenſibile quidẽ ſolũmodo pellit, hoc eſt trãſmutat, intermediuꝫ vo .ſ. aer vel aqua ⁊ trãſmutať a ſenſibili, ⁊ trãſmutat ſenſum, ſenſus vo ſolũ trãſmutať. Eſt tamẽ hęc differẽtia, qm̃ in manu quidẽ ⁊ virga ineſt motus in loco: ⁊ ſic nõ pellunt, niſi moueanť ſm locũ: in alteratione vo quę fit in ſenſibus: ſenſibili ipo exñte immobili, trãſmutatio facta eſt. Unde dicit. Sicut eniꝫ mouẽs ſm locũ vſq; ad aliq̃d ꝑmutationẽ facit, nõ enim ad immẽſum mouẽs mouet, ⁊ pellẽs .ſ. manus alteꝝ .ſ. v'gaꝫ facit vt pellat, ⁊ eſt mot⁹ hic pulſionis per mediũ fact⁹, ⁊ primũ quidẽ mouẽs .ſ. manus pellit nõ pulſuꝫ, vltimũ autẽ .ſ. lapis pellitur nõ pellẽs, mediũ aũt vtraq; eſt: ſciliꝫ virga, ⁊ nõ modo vnũ mediũ pelliť ⁊ pellitur: ſed multa media, quia põt mediũ eſſe ⁊ virga, ⁊ lignũ, ⁊ ferruꝫ, per quę fit motus. Applicat exẽplũ ad rem, ⁊ dicit. Sic in alteratiõe .ſ. qua ſenſus alterať a ſenſibili, vt exponit Philoponus, ſupple eſt primuꝫ vltimũ ⁊ mediũ, ponit tamẽ dr̃iam, ⁊ inq̃t. Prętereq̃ ꝙ ſenſibile manẽs in eodẽ loco alterat mediũ ⁊ ſenſum, nõ motũ ſm locum: qȯ declarat exẽplo, ⁊ dicit. Sicut ſi aliq̃s in ceraꝫ tinxerit hoc eſt impręſſerit, cera ab imp̃mẽte mota eſt vſq; ad aliquid non ſm totũ, ſic ſenſibile mouet mediũ per partẽ poſt pteꝫ vſq; ſenſuꝫ. Quia vo de medĳs locutus eſt, quę formas ſuſcipiũt, ideo, vt Philopon⁹ inq̃t, de medĳs differẽtiaꝫ quãdam dicit, nam vt inq̃t vſq; q̃d figurať, ⁊ non per totum. Aqua vo plus q̃ cera, aqua enim quaſi per totũ ſuſcipit ſpẽs. aer adhuc plus, q̃ ꝓpe per totũ ſuſcipit ſpẽs, eſt .n. bñ formabilis. Quędaꝫ aũt nullo modo figurãtur, vt lapis. Addit tñ ſi aer maneat ⁊ vnus ſit, q̃ ſi diſſecať, nõ ſic ſm totũ figurať: vt Philoponus exponit.

¶ Quapropter ⁊ de reflexione melius eſt aerez a figura coloreq; pati quouſq; ſit vnus (eſt aũt vnus: in ipſo leui) q̃ egrediẽtez viſionem frãgi atq; re-

flecti cēſere. Quocirca rurſus hic mouet viſum: p inde atqȝ ſi ſignum quod in ceram imprimit, tranſmitteretur vſqȝ ad finem.

¶ Unde de refractione eſt melius aereȝ pati a colore, ⁊ figura vſquequo ſit vnus (in leui auteȝ eſt vnus) q̄ȝ viſum egredienteȝ refrãgi. Quapropter iterȝ ⁊ hic viſuȝ mouebit, ſicut vtiqȝ ſi cerę ſignū ad finē vſqȝ ſuccederet.

COMMENTARIVM.

¶ Ex his cōcludit eē melius dicere ꝙ viſio fiat ab externis ſenſibilibus intramittēdo, q̄ȝ per egreſſionē ſpūs viſualis ad viſibile, ⁊ dicit. Unde de refractione viſuali eſt melius aerem pati a colore ⁊ figura, ⁊ ſupple viſum pati ab aere moto ab illis, modo aer ſit vnus, ſicut facile pōt eē vnus, q2 leuis: leuia enim cum frãgunt facile vniunt. Grauia v̄o, q2 dura, poſtq̄ȝ fracta ſunt, nō de leui vniuntur. eſt melius dico, q̄ȝ viſum ſiue viſualē ſpūm egredientem ad viſibile refrãgi iterū ad oculuȝ, vt nōnulli dicūt, hoc eē melius nō alio ꝑbauit Ari^{les}, niſi exēplo ſumpto a pulſione. Recolligit ḡ ꝓpoſitū, ⁊ dicit. Quapropter et iterū hic aer motus a colore vel figura viſum mouebit, eo modo quo ſi aliqͦd ſignū p̄mo figuraret primã partē cerę, deinde 2^{am} vſqȝ ad finē per ptē poſt partē. Ex hiſce pȝ qd ſit ſentire de lōge, ⁊ qd de ꝓpe, vt ꝓpoſuit.

¶ At qui perſpicuū eſt: fieri nō poſſe vt corpus aialis ſit ſimplex, igneum inq̄ȝ aut aqueum, aut aereuȝ. Naȝ nullus alius ſenſus: abſqȝ tactu haberi poteſt. corpus enim animalis omnis: vt dictū eſt, vim habet ſentiendi tangendo.

Tex.c.66. ¶ Q2 auteȝ impoſſibile ſit ſimplex eſſe aialis corpus: manifeſtū eſt. dico auteȝ, vt igneuȝ, aut aereum. Sine enim tactu nullū cōtingit alium ſenſum hēre. corpus enim animatum omne tactiuū eſt, ſicut dictum eſt.

COMMENTARIVM.

¶ Declarauit oībus aialibus ineſſe tactū, nūc declarat, ꝙ corpus aialis nō pōt eē ſimplex: qͦd erat primū, qͦd ꝓpoſuit, cur v̄o h̄ faciat, Expoſitores dixerūt h̄ facere Ariſtotelē, vt repellat poſitionē Platonis, qui aſſeruit quędaȝ eē aialia aerea, alia ignea, alia cęleſtia. quę dęmones appellauit Apulleius: his enim tribuerūt Platonici oēs ſenſus p̄ter tactū. tribuerūt etiam intellectū, ſiue rōnaleȝ aiam, qua ⁊ aialia rōnalia dicerētur, vt Porphyrius autumat. Ari^{les} ergo volēs hoc aialiū genus refellē. Primo ex dictis ꝯcludit nullū eſſe aialis corpus ſimplex, q2 declaratū eſt oībus aialibus ineē tactū. Modo tactus non ineſt niſi mixtis. nec pōt ineē illis alius ſenſus ſine tactu, q2 tactus eſt p̄mus ſenſus, quo nō exiſtēte, alij nō inerūt. Unde inq̄t. Q2 aūt impoſſibile ſit ſimplex eē aialis corpus, vt igneum aut aereum: ex dictis, manifeſtū eſt, quę breuibus reſumit, ⁊ inq̄t. Sine enim tactu nullū aliū ſenſum aial ip̄m cōtingit hr̄e, cum ſit p̄mus, ⁊ declaratū eſt omne corpus aiatū. ſ. aia ſenſitiua eſſe tactiuū, quare nullū ſimplex corpus pōt eſſe aialis: nō enim illud pōt hr̄e alios ſenſus ſine tactu, nec pōt hr̄e tactum: in re ex dictis patet corpus aialis nullum eſſe ſimplex.

¶ Caetera aūt aelemēta p̄ter terraȝ: inſtrumēta ſenſus fieri poſſunt. Atqȝ omne tale: per aliud ſentiendo ſenſuȝ nimirū efficit, ⁊ per media. at tactus: in tãgendo ſenſibilia ſua ꝯſiſtit. Quapropter: ⁊ hoc nomine nūcupat. atqȝ tametſi caetera quoqȝ ſenſuum inſtr̄a tactu ſentiūt: t̄n per aliud medium ſentiūt. at ipſe tactus: per ſeip̄m ſolus ſentire videt.

¶ Alia auteȝ, p̄ter terrã, ſenſoria quidē vtiqȝ fient. Verū oīa per aliud ſentiēdo faciūt ſenſum, ⁊ per medium. tactus aūt eſt in tangēdo ipſa. Quapropter ⁊ h̄ nomē habet. attamen ⁊ alij ſenſus tactu ſentiunt, ſed per alia: hic aūt videt ſolus per ſeipſum.

COMMENTARIVM.

¶ Sed dices ſi corpus aialis nō pōt eē ſimplex, q2 ſenſitiuuȝ nō pōt eē ſimplex: verū ęl'nta ſint aliquo modo ad ſentiēduȝ necia, r̄ndet anteq̄ȝ cōpleat ſermonē, quē incepit, ⁊ dicit ꝙ alia ęl'nta p̄ter terrã. ſ. aer, aqua, ⁊ ignis ſenſibus vtilia ſunt, ſaltē vt ſenſoria, quę ſunt inſtr̄a ſenſuū. oculus. n. aqueus ⁊ aereus exiſtēs eſt ſenſoriū viſus, ⁊ ſic de alijs ęl'ntis, vt dictuȝ eſt 2° huius. ergo lȝ corpus aialis nō poſſit eē ſimplex ęl'ntuȝ, t̄n ſenſoriū p̄dn̄anter poteſt eſſe ęl'ntuȝ excepta terra. ¶ Sed dices, ſi ęl'nta p̄ñt eē ſenſoria ſaltē p̄dn̄anter accepta, vtruȝ eodē modo faciēdo ad ipſaȝ ſenſationē ſicut tactoriū. ¶ R̄ndet ꝙ nō, q2 ipſa nō faciūt ad ſenſationē niſi per media, tactorium ſiue tactus ſine medio externo. Un̄ dicit. Veruȝ oīa hęc p̄ter terrã q̄ȝq̄ȝ ſint ſenſoria faciūt ſenſum ſiue ſenſationē per aliud ⁊ ꝑ mediū. ſ. externuȝ. tact⁹ aūt ſiue tactoriū eſt in tãgēdo ipſa ſenſibilia, ⁊ hac rōne vēdicauit ſibi nomē tact⁹, qͦd ſit ſtans cuȝ alio. ¶ Sȝ dices, nōne alij ſenſus ꝑ tactū ſentiūt, vt dictū eſt 2° huius. Nō. n. viſus pōt vidē, niſi ſpēȝ rei viſę tãgat. ¶ R̄ndet attn̄ ⁊ alij ſenſus tactu ſentiūt: nō. n. p̄ñt ſentire, niſi tãgãt ⁊ ſil' ſint cuȝ ſpēb⁹ ſenſibiliū. verū talē ſimultatē nō hn̄t niſi ꝑ alia media p̄us mota a ſenſibilib⁹. Sed tactus hic vr̄ ſolus tãgēs per ſe ip̄m, ⁊ nō per mediū externū. His ergo v̄bis nullã aliaȝ formã poſſumus aſſignare faciliorem: nec Philoponus, nec Them. nec Simpl'. hęc legit ad v̄bum.

¶ Quibus efficit: vt nulluȝ talium aelemētoꝝ corpus ſit aialis. At v̄o: neqȝ terreum eſſe pōt. tactus enim: veluti mediocritas eſt omniū tãgibiliuȝ. ⁊ inſtrumētuȝ ipſius: nō modo terrae differētiaꝝ eſt ſuſceptiuū, ſed etiã calidi frigidiqȝ, caeteroꝝūqȝ oīum tãgibiliuȝ. Et ideo neqȝ oſſibus, neqȝ pilis, neqȝ talibus partibus vllis oīno ſentimus: q2 terrea ſunt. Hinc ⁊ plãtae omniū ſenſuuȝ ſunt, vt patet, expertes: q2 ⁊ ipſae terrae ſunt. At abſqȝ tactu: fieri non pōt, vt alius quiſq̄ȝ ſit ſenſus. huius autē inſtr̄m ſenſus: neqȝ terrae eſt, neqȝ caeteroꝝ vllius aelm̄toꝝ.

¶ Quare huiuſmodi quidē ęlemētoꝝ nullū vtiqȝ erit corpus aialis. Neqȝ igit terrenuȝ. omniū enim tãgibilium tactus eſt ſicut medietas, ⁊ ſuſceptiuū eſt ſenſoriuȝ non ſolum differētiarū, quęcūqȝ terrę ſunt, ſed ⁊ calidi ⁊ frigidi, ⁊ alioꝝ omniū tãgibiliū. Et ꝓpter hoc oſſibus, ⁊ capillis, ⁊ huiuſmodi ptibus nō ſentimus: quia terrę ſunt. Et plãtę etiam ob hoc nulluȝ habēt ſenſum, quia terrę ſunt. Sine aūt tactu, nullū poſſibile eſt aliuȝ eſſe. hoc autem ſenſoriuȝ, neqȝ eſt terrę, neqȝ alterius vllius ęlementorum.

Digitized by Google

COMMENTARIVM.

¶ Duo declarauit, ⁊ q̄ corpus aialis non ſit ſimplex, ⁊ q̄ elemēta p̄ter terram ſunt ſenſoria ſaltē p̄dominānter. Ex his duobus cōcludit q̄ nullum trium elemētoꝝ eſt corpus aialis totū: tum q̄a corpus aialis nō eſt ſimplex: tum q̄a hęc tria elemēta ſunt ſenſoria, ⁊ īſtrumēta ſenſuū. ⁊ quia nōnulli dixerūt terrenū corpus eſſe aialis, vt illi qui dixerūt terram eſſe dęmogorgonem deū deoꝝ, ideo cōtra hoc infert q̄ neq̄ terrenū corpus poteſt eſſe corpus aialis. Qd̄ p̄bat tribus rōnibus. Primo quia oporteret hēre tactū, modo terra nō habet tactū: quia tactus eſt virtus fundata in mixtura quattuoꝛ qualitatū. tactus enim eſt ſicut medietas tangibiliū ⁊ tactoriū eſt veluti ſuſceptiuū non ſolū differētiarū terrę, quę ſunt frigidū ⁊ ſiccum: ſed calidi ⁊ frigidi, ⁊ oīum alioꝝ ſenſibiliū. Modo in terra nō pōt eſſe hęc mediocritas, neq̄ pōt terra hēre tale ſenſoriū taliū ſuſceptiuū: ergo terra non pōt eē corpus aialis. ¶ Secūdo hoc p̄bat ſigno ſumpto ab illis, q̄bus nimia terreſtreitas p̄dn̄atur. nam videmus nos non ſentire mediātibus capillis, oſſibus ⁊ vnguib⁹, vbi terreſtreitas p̄dn̄atur. ergo a fortiori nec terra ſentire pōt. ¶ Tertio hoc p̄bat ſigno a plātis, quę non ſentiūt p̄pter dominiū terreſtreitatis in illis. ¶ Sed dices, nunq̄d terrenū corpus poſſit hēre alios ſenſus p̄ter tactū. ¶ Reſpōdet p̄ter autē tactū nullū poſſibile eſt aliū ſenſum eē in terra, ergo ſi ei nō ineſt tactus, nullus inerit. ¶ Sed adhuc dices, vtrū terra vel aliquod elemētoꝝ poſſit eſſe organū tactus, ſicut pōt aer eſſe organū viſus. ¶ Reſpōdet hoc autē ſenſoriū qd̄ eſt organū tactus, neq̄ pōt eē terrę, aut alterius vllius elementoꝝ p̄dominānter, ſed oportet tactoriū eē mixturam elemētoꝝ, ſi debet eē cōueniēs inſtrumētū tangēdi: cuius ſignum eſt, quia quāto tactorium eſt tēperatius, tāto eſt magis idoneum.

¶ Haec cum ita ſint: p̄z aialia neceſſario mori cum hoc ſolo ſenſu tactus priuātur. neq̄ enim fieri pōt vt hūc ſenſum nō aial habeat: neq̄ ſi aial eſt, alium ſenſum p̄ter hunc habere neceſſe eſt.

Tex.c.67. ¶ Manifeſtū eſt igitur, q̄ neceſſe eſt hoc ſolo priuata ſenſu aialia, mori. Neq̄ enim hūc poſſibile eſt hēre nō exiſtēs aial: neq̄ cum ſit aial: alium hēre neceſſe eſt p̄ter hunc.

COMMENTARIVM.

¶ Ex dictis īfert quo modo ſe habēt ſenſus ad aial, ⁊ primo quo modo ad aial ſe habeat tactus, ⁊ dicit. Q: ex dictis patet, quoniā aialia neceſſe eſt mori ſolo tact⁹ ſenſu p̄uata. cū enim aial pungit̄, aut coquit̄, ⁊ nō ſentit, mortuus eſt. Affert ſc̄o cauſam ex dictis, q̄a quum aial perit, ⁊ nō exiſtit, mox perit, ⁊ tactus, ⁊ cum aial eſt, nullū aliū ſenſum neceſſe eſt hēre in eo q̄ aial p̄ter tactū. Quia igit̄ tactus cum aiali cōuertit̄: iure patet aialia ſolo tactu priuata mori. Sed dices etiā priuata guſtu neceſſe eſt mori. Iam patuit ſolutio, q̄ quo guſtus quidā tactus eſt, ſic aialia guſtu priuata neceſſe eſt mori: quo ſc̄o guſtus differt a tactu. ſ. vt eſt p̄ceptiuus delectationis cibalis, vt ſic nō oportet eo mori aial, quo guſtu vacat.

¶ Et p̄pterea fit vt caetera quidē ſenſibilia nō corrūpant ſuis exuperationibus aial, coloꝛ inquā ſonus ⁊ odoꝛ, ſed ipſa tm̄ ſenſuum inſtrumēta: niſi per accidēs. vt ſi ſimul cum ſono pulſio ictuſq̄ fiat: ⁊ ſi a rebus quae videntur atq̄ ab olentibus alia moueātur quae tactu corrūpunt. ſapoꝛ etiam hoc ſane corrūpit: quo ſimul accidit ipſū tāgibile eſſe. Exuperationes autē tāgibilium, vt calidoꝝ, frigidorū ⁊ huiuſmodi: ip̄m interficiūt atq̄ interimūt animal. exuperatio enim ſenſibilis cuiuſuis: ſenſus deſtruit inſtrumētum atq̄ deuaſtat. Quare ⁊ tāgibile exuperans: ipſum deſtruit tactū. At hoc ſenſu: definitū eſt animal. ſine nāq̄ tactu fieri non poſſe vt ſit animal: demōſtrauimus. Quāobrem exupationes eorum quae tactu percipiūtur: nō ſolū inſtr̄m ipſius ſenſus, verū etiam aial ip̄m interimūt atq̄ corrumpunt. q̄ꝛ neceſſe eſt aial: hūc ſolum habere.

¶ Et propter hoc quidē alia ſenſibilia excellētijs nō corrūpunt animal, vt coloꝛ, ⁊ odoꝛ, ⁊ ſonus: ſed ſolum ſenſoria: niſi per accidēs, vtpote ſi ſimul cum ſono pulſio fiat, ⁊ ictus. ⁊ a viſis, ⁊ odore alia moueantur, quę tactu corrūpunt. ⁊ ſapoꝛ autē ſm̄ q̄ accidit ſimul tactiuū eē: ſic corrūpit. Tāgibilium aūt excellentia, vt calidoꝝ, ⁊ frigidoꝝ, ⁊ duroꝛum corrūpit aial. Omnis enim ſenſibilis excellētia corrūpit ſenſoriū. Quare ⁊ tangibile tactū. Sed hoc determinatū eſt ip̄m viuere. ſine enim tactu demōſtratū eſt q̄ impoſſibile eſt animal eſſe. Quocirca tāgibiliū excellentia, nō ſolū corrūpit ſenſoriū, ſed aial. q̄ꝛ neceſſe eſt, ſolum hēre hunc aial. tangibile tactiuum Tex.c.68.

COMMENTARIVM.

¶ Sc̄do ex dictis īfert quo modo ſenſibilia ſe habeāt ad aial quo ad corruptionē: ⁊ vult q̄ excellētię ceteroꝝ ſenſibiliū per ſe nō corrūpunt aial, ſed ſolū p̄pa ſenſoria, vt pollēs viſibile nō aial corrūpit, ſed viſoriū, pollēs ſonus nō aial, ſed auditoriū ſoluit. pollēs odoꝛ, nō animal, ſed olfatoriū deſtruit. dico per ſe, q̄a per accidēs vnumq̄dq̄ hoꝝ pōt corrūpe aial. vt ſi cum ſono fiat pulſio ⁊ ictus, vt in bōbarda, vel tonitruo. Sonus. n. non per ſe, ſed rōne eius: qd̄ cum eo ad aial p̄uenit, iterficit. ſilr ſi cum viſis, ⁊ odore alia moueant̄, quę tactu corrūpunt aial: ipſa etiam rōne illoꝝ corrūpūt aial. Viſio enim baſiliſci aial humanū necat, quo ſimul cum ſpecie viſibilis multiplicat̄ venenum, qd̄ tāgēs hoīem necat: ⁊ de odore ſili rōne. Sili rōne ſapoꝛ, non necat, quo ſapoꝛ eſt, ſed quo accidit eſſe tangibile, ſic corrūpit. Sic igit̄ p̄z, q̄ ceteroꝝ ſenſibiliū excellētię per ſe nō corrūpunt aial, ſed ſolū p̄pa ſenſoria: modo ad corruptionē ſenſoꝝ nō ſeq̄tur corruptio per ſe totius aialis. ergo excellētię ceteroꝝ ſenſibiliū nō corrūpūt per ſe aial. At excellētię tactiliū nō ſolū p̄pium ſenſoriū corrūpūt, ſed totū aial, q̄m tact⁹ ac tactoriū per totū aial eſt, vt Philoponus inq̄t. Unde dicit. Tactiliū autem excellētia, vt calidoꝝ frigidoꝝ ⁊ duroꝝ corrūpit aial, p̄bat per ea quę nūc dicta ſunt, dicēs. Oīs. n. ſenſibilis excellētia corrūpit ſenſum p̄piū ⁊ ſenſoriū p̄pium. g̊ tactile corrūpit tactū ⁊ tactoriū. Tūc vltra, ſed h̄ ſenſu. ſ. tactu, ⁊ eius tactorio determīatū eſt ip̄m viuere, qd̄ eſt p̄piū aiali, vt dictum eſt, q̄a. ſ. ſine tactu īpoſſibile eſt aial eē, g̊ excellētia tactiliū nō ſolū corrūpit ſenſorium. ſ. tactoriū ip̄m, ſed totū aial. q̄ꝛ (vt dictū eſt) neceſſe eſt aial ſolū hēre hūc ſenſum. ſ. tactū. Eſt g̊ ſyll's: corrūpens tactoriū, corrūpit aial, hęc patet, q̄ꝛ ſine tactorio aial eē non pōt, cū ſit per totū aial. Sed excellētia tactiliū corrūpit tactoriū, vt p̄z per rōnē gn̄alē, qua p̄batū eſt omne ſenſibile ex-

Digitized by Google

cellens corrumpe ſenſorium.ergo excelleſ tactile corrũpit aial. ¶ Ex his patet q̃uo ſenſibilia ſe hñt ad aial:qa (vt Them.colligit) excellẽtię tactilium per ſe ⁊ tactorũ ⁊ aial corrũpunt, excellẽtię cęterorum ſenſibiliũ:per ſe quidẽ ſenſoria:per accidẽs aial corrũpũt:quatenus cum eis multiplicant̃ malę qualitates, quę tangẽdo aial ipm necant. vt dicit̃ de baſiliſco, qui necat hominẽ, qui baſiliſcũ aſpicit:h enim (vt medici tradũt) nõ eſt, q baſiliſcus vt viſibilis corrũpat hominẽ, ſed quo ab eius oculis, ⁊ toto corpe exeunt vapores venenoſi, qui veniũt ad hoiem ſimul cum ſpẽbus viſibilib⁹, ⁊ aerem circa hoiem iſiciũt, qui aer iſect⁹ tãgit hoiem, ⁊ tactu hoiez necat. Silr corpa fetida multiplicãdo odorẽ in aere cum eo miſcẽt malas qualitates, quę iſiciẽtes aerem nos ambiẽtem, tãdẽ nos necant. ¶ Aiaduerte tñ q ſm ṽitatẽ dĩ, q baſiliſcus interficit hoiem, cũ ipſe pus hoiem videt. cũ aũt ↄtra hõ pus viderit baſiliſcũ, homo ſua viſione baſiliſcuz necat. Huius pblematis cã eẽ põt, q cum baſiliſcus hoiez pus videt, ab eius oculis exeũt vapores, qui iſiciũt aerez hominẽ tãgẽtez:⁊ ſic hoiez necat vaporib⁹ exeũtib⁹ ab oculis:per accidẽs aũt viſione:at cum hõ prius baſiliſcũ videt, etiã ab oculis hois exeũt vapores vſq ad baſiliſcũ, qui multiplicati cũ viſione hois aerez baſiliſcũ ambiẽtez inficiũt:⁊ ſic hõ necat viſione baſiliſcũ per accñs: vaporibus ṽo cum viſione multiplicatis per ſe: ſunt enim vapores, qui exeunt ab humanis oculis, ita pernecatiui baſiliſci, ſicut vapores exeuntes ab oculis baſiliſci, pnecatiui hois. ¶ Hac ratione vetulę videndo pueros afficiũt eos, quia ob earum oculis exeunt vapores malefici puerorũ, vt dictum eſt de baſiliſco.

¶ Caeteros autẽ ſenſus aial habet: non vt ſit, ſed vt bene ſit, vt antea diximus. Viſuz enim habet vt videat: qm̃ ⁊ in aere, ⁊ in aqua, et oĩno in pſpicuo degit. Guſtum aũt: ob id qd voluptate afficit aut dolore, vt in alimẽto ea ſentiat ⁊ cupiat ac moueatur. Et auditum: vt aliqd ſignificet̃. Linguam pterea: vt ipm aliquid alij per ipſam ſignificet.

¶ Alios aũt ſenſus habet aial, ſicut dictũ eſt, non vt ſit, ſed vt bene ſit. Ut viſuz: qꝛ in aere ⁊ aqua vt videat. oĩno autem, qꝛ in diaphano. Guſtum autẽ habet ꝓpter delectabile ⁊ triſte: vt ſentiat id, quod in alimẽto eſt, ⁊ cõcupiſcat, ⁊ moueatur. Audituz autem, vt ſignificetur aliquid ipſi. Linguam ṽo, vt ſignificet aliquid alteri.

COMMENTARIVM.

¶ Cępit declarare q̃uo ſenſus ad aial ipm ſe habeãt, ⁊ declarauit q tact⁹ ſe hꝫ ad aial cũ nec̃itate, interpoſuit pp illud q̃uo ſenſibilia ſe habẽt ad aial, nũc redit ad cõplẽdũ quo modo cęteri ſenſus ſe hñt ad aial: ⁊ dicit q cęteri ſenſus non ſe hñt ad aial pp neceſſitatẽ, qua aial eſt aial, qm̃ aial eẽ, ⁊ viuere põt ſine illis, ſꝫ ſunt ad bñ eẽ: ⁊ h declarat per ordinẽ, ⁊ dicit. Sicut ad bñ eẽ hꝫ viſum, qꝛ viuens in aere ⁊ aqua, vt videat per aerem ⁊ aquã ea, quę pcul ſunt: ⁊ nõ ſolũ videãt per aerez ⁊ aquã, ſꝫ vt videãt in diaphano, ⁊ p omne diaphanũ: videmus.n. per vitrũ, ⁊ per corpa cęleſtia: vt pꝫ. Unñ vt Philoponus inqt ex viſu aial hꝫ multas vtilitates: viſu.n. multas rerũ ſcias inuenimus. viſu etiã miteſcũt ferę, ac docent̃, ⁊ mãſueſiũt. Guſtũ etiã aial habet ad bñ eẽ, pp delectabile ⁊ triſte, vt ſentiat id qd in alimẽto eſt de delectabili vel de triſti, vt ↄcupiſcat in delectabili, ⁊ moueat̃ a triſti illud fugiẽdo.

vel vt moueat̃ ad quęrẽdũ ipm delectabile, qd in illo alimẽto cognit. Auditũ ṽo vt ſignet̃ aiali aliqd. ¶ Sed dices de aialib⁹ irrõnabilib⁹ nõ vr̃ valere h, nõ vr̃ aiali irrõnali ab altero aiali aliqd ſignari. ¶ Rñdet Philoponus, q etiã aialib⁹ irrõnabilib⁹ aliqd ſignat̃, nõ tñ illud qd ſignat̃ eſt ↄceptio, ſed affectio. Cui⁹ ſignũ affert, qꝛ audiẽtia pullos ipoꝝ, curãt ipos. g̃ per voces eſt aliq̃ ſignatio. Aut dicas, vt Philoponus inqt, q irrõnabilia audiẽtia ea, quę a nob ſignant, mãſueſcunt. Expoſitor aũt vult etiã irrõnalib⁹ a ſibi ſilib⁹ ⁊ ab alijs per voces aliquã cõceptionẽ ſignari, q̃tenus alteruꝫ aial alteri pdeſt, vel obeſt. Ultimo exponit iuuamẽtuꝫ linguę, in qua eſt guſtus: ⁊ dicit. Linguaꝫ ṽo hꝫ aial ad bñ eẽ. ſ. vt aial per linguã aliqd alteri ſignet, habet etiaꝫ linguã, vt Them. inqt, ad pceptionẽ ſapoꝝ: ⁊ ſic ad duplicẽ vtilitatẽ, ⁊ pro deguſtatione, ⁊ ad vocis offm̃. Veruꝫ, vt Auer. ait lingua re" deguſtationis vr̃ admodũ pp neceſſitatẽ aiali data. Sꝫ pro vocis officio, pp vtilitatẽ, ⁊ bñ eẽ. ¶ Sꝫ dices ſupius dixit aiali pgreſſiuo ceteros ſenſus etiã datos eẽ pp neceſſitatẽ, nũc ṽo dicit eſſe datos ad bñ eẽ. ¶ Rñdet Philoponus pgreſſiuis aialib⁹ cęteros ſenſus eſſe datos pp neceſſitatez nõ, quo aialia ſunt, ſed quo pgreſſiua ſunt: ⁊ ſic tollit̃ ↄdictio. Hęc ſunt, quę mihi vident̃ de 3° lº de aia. vbi habes etiã, quę in iuuẽta collegimus: q̃q̃ me inuito, ac neſciẽte fuerint publicata: vt in phę° diximus.

¶ Finis Piſis. 1520. p̊ Maij, Ad dei glioſiſſimi laudẽ.

¶ Expliciunt pręclariſſima Collectanea, Cõmẽtariaq in libros de Aia Ariſtotelis, nunc edita a celeberrimo hac noſtra tẽpeſtate phõ Auguſtino nipho medices Sueſſano fideliter impreſſa Venetijs ęre ⁊ ſollertia hęredũ q. dñi Octauiani Scoti ciuis Modoetienſis: ⁊ ſociorum. Anno a Chriſti ortu. 1522. die 13° Maij.

Regiſtrum.

✠ a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t
A B C D E F G H I K L M

✠ n ſ t L M ſunt Terni: Ceteri alij Quaterni.

